PUBLIC LIBRARIES
BHOREDITCH

COLLECTANEA
ANGLO-PREMONSTRATENSIA

PRINTED BY
SPOTTISWOODE AND CO. LTD., NEW-STREET SQUARE
LONDON

SHOREDITCH PUBLIC LIBRARIES
942.044/046

COLLECTANEA ANGLO-PREMONSTRATENSIA

DOCUMENTS DRAWN FROM THE ORIGINAL REGISTER OF THE ORDER, NOW IN THE BODLEIAN LIBRARY, OXFORD, AND THE TRANSCRIPT OF ANOTHER REGISTER IN THE BRITISH MUSEUM

ARRANGED AND EDITED
FOR THE ROYAL HISTORICAL SOCIETY
BY
FRANCIS A. GASQUET
ABBOT PRESIDENT OF THE ENGLISH BENEDICTINES

VOL. III.

CAMDEN THIRD SERIES
VOL. XII.

LONDON
OFFICES OF THE ROYAL HISTORICAL SOCIETY
7 SOUTH SQUARE, GRAY'S INN, W.C.
1906

M ~~1949~~
906

WITHDRAWN FROM STOCK

CANCELLED
3064

SHOREDITCH PUBLIC LIBRARIES

INTRODUCTION

In presenting the Fellows of the Royal Historical Society with this, the third and concluding volume of the *Collectanea Anglo-Premonstratensia*, only a few words seem called for by way of preface. As this part is in reality a continuation of the previous volume, the general remarks as to the nature of the documents therein published are equally applicable to those here printed.

It will be remembered that Volume II. contained, under the heading of *Specialia*, the first portion of the papers relating to the Premonstratensian houses separately, arranged in alphabetical order. Including Hornby, a cell of Croxton Abbey, and the nunnery of Irford, belonging to the Canonesses of the Order—as to which little could be said—the various documents, taken from the two MS. parts of Bishop Redman's Register (B. Mus. Add. MS. 4934 and Bodl. MS. Ashmole 1519) concerning rather more than half the total number of houses—namely, nineteen—were printed in Volume II. of this *Collectanea*. This third part contains the papers relating to the remaining houses of the Order, sixteen in number, beginning with Langdon and ending with West Dereham. In general interest and importance the present set of documents are naturally much the same as those contained in the previous part; at any rate, they serve further to illustrate the chief points noted in the preface to that volume, and reference to the particular documents may be found indicated in the general index.

One matter connected with Bishop Redman's visitations may be here noticed. Besides the record of the itinerary and progress

of Thomas Wilkinson, abbot of Welbeck on his visitation tour in 1506, which is printed in Volume I., as document No. 102, several portions of the itineraries of Bishop Redman on his various visitation journeys exist in the Oxford MS. of the Register. It has not been thought necessary or useful to print these, but some remarks upon them may be here permitted. On one of these 'progresses' Bishop Redman, having slept at Lichfield on the night of May 19, reached Hales Owen the following day, and with this abbey began a tour of the midland and southern houses of the Order, which terminated at Torre Abbey in Devonshire on July 29. In these ten weeks the bishop visited twenty-three houses, and from his starting-point had ridden first as far north as Doncaster to take in Welbeck, turning thence in a north-easterly direction which took him almost to the Humber. From Newhouse he came south through Louth and Lincoln, and after a slight détour to make his inspection of Newbo and Croxton he reached Leicester. Thence he passed *via* Sulby Abbey to Northampton, and taking Lavenden on his way by passing through Huntingdon he reached Cambridge on St. John the Baptist's day, June 24, 'and here, out of respect for the feast, he remained at his own expense.'

On June 25 the bishop was again on the road; turning in a north-easterly direction, he visited the East Anglian houses of the Order at West Dereham and Wendling before reaching Norwich, where he spent the night of June 30. On July 3 the visitor dined at Beccles, and thence his journey lay in a line almost parallel to the coast through Ipswich and Colchester, taking the Abbeys of Leiston and Bileigh on the way, to Tilbury. At this point he crossed the Thames into Kent, and reached Rochester on the night of July 9. The following day was spent at Canterbury, and thence the bishop passed on to visit Langdon, St. Radegunde's, and Begham. He rested at both Lewes and Arundel, and so on to Titchfield and Dureford. On July 26 he reached Salisbury, where he passed the night, and setting out the following day Bishop Redman accomplished the 90 miles between Salisbury and

Exeter by the evening of the 28th. We may perhaps judge from this that the average distance ridden by the visitor and his attendants was about forty-five miles a day. He had come thus far into the west country to visit Torre Abbey in the diocese of Exeter. Here he tarried till August 3, and then went straight back to London, accomplishing the distance of about 175 miles in four days.

At this point the itinerary fails us, except for the information that the bishop returned from London quickly to finish his visitation of the northern houses. From the documents here printed, however, we are able to see that the visitor reached Coverham, in Yorkshire, on August 14, and was at St. Agatha's on the 18th. Thence he proceeded to Newcastle, where he held a visitation of Alnwick Abbey by proxy on the 23rd of the month. Four days later he was at Blanchland, and he completed his work at Egglestone on August 30, having devoted 101 days to his task.

One or two small matters concerning these visitation journeys seem worth noticing. When the bishop was compelled on his journey to stop for the night at some town or other place, as was of course often the case, his expenses were borne by the abbot of the house of the Order nearest to the place of stoppage. When, however, he remained longer for his own convenience or pleasure, the expenses were borne by the bishop himself. This was the case when, as just recorded, he remained all day at Cambridge 'out of reverence' for the feast of St. John the Baptist. On other occasions the same procedure is recorded when the bishop turned off from his direct road to visit Walsingham and Glastonbury.

On one visitation tour, returning from Torre, Bishop Redman remained some time at Exeter, and then went back very leisurely. The first day he went only twenty-two miles and rested at Honiton, and although the second day he rode some thirty-seven miles to Sherborne, the following one he only reached Shaftesbury, a distance of eighteen miles. Thence he went by easy stages of hardly more than twenty miles a day to Salisbury, Andover, and

Basingstoke. Here Bishop Redman remained three days with the King, whom he found there, and then went for two days to Winchester as the guest of the bishop.

It only remains for me once more to thank those who have helped me in the preparation of these papers for publication and in drawing up the lists of the abbots of the various houses. Among these I may specially name Mr. F. J. Baigent, Mr. Edmund Bishop, and Dom H. N. Birt.

FRANCIS A. GASQUET.

COLLECTANEA ANGLO–PREMONSTRATENSIA.

PART II. SPECIALIA—*continued.*

XX. LANGDON.

THE monastery of Langdon, in the county of Kent and the diocese of Canterbury, was founded in A.D. 1212 from the abbey of Leiston.[1] The following are some of the abbots.

?	Bartholomew (Addy's *Beauchief*, p. 51).
Ante 1207	William, blessed by Archbp. Hubert (Gervase of Cant. *Gesta*, i. 410).
Ante 1207	Richard, blessed by Archbp. Hubert (*ibid.*).
1227 (oc.).	Peter (*Feet of Fines*, 11 *Hen. III.*).
1236 (oc.).	Robert (*ibid.* 20 *Hen. III.*).
1248 (oc.).	John (*ibid.* 32 *Hen. III.*)
Ante 1273	William, blessed by Archbp. Boniface (*Gesta ut sup.*).
1289	Roger (Gervase, ii. 295).
1310–41	William (*Cal. Rot. Pat.* 6 *Ed. III.* p. 277).
1348–1413	'G.' (*Hist. MSS. Comm.* 8th Rep. App. p. 348).
Ante 1475	John Kentwell (*Mon.* vi. p. 897). (Occ. as 'nuper abbas' in 1475, No. 450).
1478	John Brondych (No. 452; *Mon.* vi.).
1482–98	Robert Waynflete (Nos. 454, 457).
1494–1500	Richard Cayley *or* Coley (Nos. 459, 461).
	John York (living 1536; *Valor Eccl.* i. 43).
	William Dayer *or* Dare.

6 June, 1475. **450. Names of the Community of Langdon.**

In Monasterio de Langdon.

A. fol. 4 b.

Dominus Johannes Kentwell, nuper abbas.
Frater Johannes Lyon, supprior.
,, Johannes Chambers, vicarius.
,, Robertus Stanton, vicarius.
Frater Johannes Pastor.
,, Edwardus Symon.
,, Ricardus Coly.
,, Johannes Michell, non professus.

1478. **451. General Answers to Questions at Visitation.**

P. fol. 38. (Reg. Prem. f. 117 a.)

Cenobium de Langdon,
in [comitatu Kantie et]
diocesi Cantuarie;
anno Domini MCCXII.
[a Willielmo de Auberville] fundatum est,
in honore S. Thome Martyris.
Abbas de Leyston est pater abbas.
Tres habet ecclesias.
Curati sunt canonici, set non perpetui.
Dominus Thomas Keryet est fundator [sive patronus].

1478. **452. Names of the Community of Langdon.**

Langdon.

A. fol. 22.

Dominus Thomas Keryett est fundator. Abbas de Leyston est pater abbas. iii. habet ecclesias; curati sunt canonici, sed non perpetui. Fundatum erat in honore Sancti Thome Martiris, anno M°CC°XII°.

Dompnus Johannes Brondysch, abbas.
Frater Johannes Chambyr, vicarius de Tonge.

Frater Robertus Stanton.	Frater Ricardus Coly.
„ Johannes Pastour.	„ Johannes Tistylforth.
„ Johannes Kentwell.	„ Thomas Berrey.
„ Johannes Lyon.	„ Willelmus Waynflett.
„ Edwardus Symon.	„ Willelmus Chichester.

453. Visitation of Langdon. 29 Aug., 1482.

Bishop Redman finds the administration excellent. The abbot has enclosed and cultivated many fields. He suggests that he should bestow equal attention on the internal discipline. The brethren are to remember that their occupation is work; in singing they are to be careful to keep to the traditional chant.

Visitacio Monasterii nostri Ordinis de Langdon.

Anno Domini quo supra, xxix. die mensis Augusti, Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium de Langdon, nostri Ordinis, legitima adhibita inquisicione; ubi comperimus honorabilem prelatum virum utique providum, discretum, et circa monasterii sui utilia circumspectum, qui satis laudabiliter in exterioribus, ut Martha, omnia ministravit. Et habundantissime in granis, sua circumspecta provisione, ditatur, quibus etiam segetis ac suis pasturis sumptuosissimas et firmissimas fecit clausuras, sepis et fossis profundis, undique per circuitum monasterii sui vallatis Totumque suum mar[illegible]ium peroptime emendavit et ampliavit. Et non solum hec, verum eciam plures intus et extra fecit edificaciones et reparaciones, in tantum quod mero gratulamur affectu, quibus feliciter ut prefertur peractis. Dictum dominum abbatem in Domino exhortantes, et in mandatis eciam dedimus, ut jam felicitate et omni habundancia terrenarum ditatus, studeat, ut Maria, intus debitam suam diligenciam exhibere, videlicet ut divinum servicium nocte et die devote celebretur, ac Deus, pro suis beneficiis sibi multipliciter collatis, digne laudetur. Et ut A. fol. 36 b.

ecclesia intuslet extra reparetur, ut possit jam dicere cum propheta : *Domine, dilexi decorem domus tue.* Toto insuper conventui in mandatis dedimus, quatinus privatis diebus, sicuti evidenter canit regula, fratres a mane usque ad vesperam operentur ad omnes labores, tum intra monasterium tum extra, prout sibi a prelato suo ad hoc in mandatis habuerint, sine aliquo murmure. Et nullus canonicorum audeat seu presumat extra septa monasterii exire, sine abbatis speciali licencia, sub pena apostasie. Omnes eciam canonici in dormitorio quiescentes, volumus quidem et precipimus ut noctuanter ad matutinas consurgant. Et dominicis diebus, festis duplicibus, et aliis festivis diebus devote eas cum nota percantent. Et privatis diebus pariter consurgentes dictas matutinas unanimiter dicant. Ulteriusque presens per decretum ordinavimus ut omnes canonici in ecclesiis parochialibus extra monasterium celebrantes, qui commode poterunt, communi interesse refeccioni, contenti si discrecione [1] abbatis eorum ex sua benignitate
f. 37. plus eis duxerit || assignandum. Residuis dictarum ecclesiarum proventuum fructibus ad utilitatem monasterii et disposicionem prelati existentibus. Eciam domino abbati consulimus quatinus omnem exhibeat diligenciam suam ut juvenes instruantur et eciam grammatica satis inferantur. Cantent eciam fratres *Confiteor* tonos et ympnorum notam, secundum formam nostre religionis, usibus secularibus omnino spretis, sub pena excommunicacionis. Alia quoad presens non habuimus corrigenda seu Capitulo generali referenda, sed in omnibus felici abbatis administracione omnis monasterii status laudabiliter exstat provisus. Et in creacione dicti abbatis dictum debuit monasterium c. li.. modo nil, sed magis eis debentur debita. In frugibus, granis, et multitudine ovium, boum, vaccarum et aliorum habundanter comperimus stauratum. Datum etc.

[1] MS. has *hoc discrecio.*

454. Names of the Community at Langdon. 1482.

NOMINA FRATRUM ET PROFESSORUM MONASTERII DE LANGDON.

Dominus Robertus Waynflett, abbas ejusdem monasterii.
Frater Johannes Lyon, supprior.
„ Johannes Kentwell.
„ Johannes Pastour.
„ Edwardus Symon.
Frater Ricardus Coley.
„ Wyllelmus Waynflett.
„ Wyllelmus Dowyere.
„ Johannes Boston.
„ Robertus Staynton.
„ Wyllelmus Solle.

A. fol. 46 b.

455. Names of Community and Visitation at Langdon. 12 July, 1488.

A canon who did not agree with the community is to be sent to some cure of souls. John Kentwell is ordered to take the office of prior: breaches of silence and enclosure are to be punished. Two of the canons are charged with coming to choir without their cloaks. The Horæ B.V.M. are to be sung.

NOMINA CONFRATRUM MONASTERII DE LANGDON.

Dominus Robertus Wanflette, abbas.

Sacerdotes:
Frater Johannes Pastor.
„ Johannes Kentwell.
„ Johannes Lyon
„ Ricardus Coley.
„ Willelmus Waynflett.
„ Edwardus Symon.
„ Willelmus Soll.
„ Johannes Rainse.

Sacerdotes:
Frater Johannes Boston.
„ Thomas Berrey.
„ Johannes Tystylforth.
„ Robertus Benett.
„ Thomas Lyn.

Novicii:
„ Thomas Wedatt.
„ Johannes Clenkton.
„ Willelmus Brewere.
„ Ricardus Bromton.

A. fol. 75 b.

VISITACIO MONASTERII DE LANGDON.

Anno Domini M°CCCCLXXXVIII., xii. die mensis Julii, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum dilecto confratre nostro Roberto

Bedall, canonico et priore dicti nostri monasterii de Schappe, visitavimus monasterium de Langdon, nostri Ordinis Premonstratensis, Cantuariensis diocesis; ubi Johannem Ramsay comperimus protervum et inter fratres non ydoneum ad concordiam, qua in re dictis fratribus pacem et unitatem relinquere cupientes, domino abbati in mandatis dedimus quatinus a consorcio eorum eum separare procuret, curam aliquam dicte ecclesie ei committendo. Et Johanni Kentwell officium prioris injunximus, exhortantes eum in Domino et insuper precipientes eidem, quatinus solicitus sit astringere fratres ad divina servicia die et nocte, vigiletque super necligencias fratrum, ut nil remaneat quovismodo impunitum. Quod si aliquis a matutinis absentare presumat, proximo capitulo unam diem in pane et aqua, sine remissione, eidem dictus prior injungat; dictamque penam exeuntibus sine licencia de claustro, et eciam silencio fracto injungat. Quod si forte aliquis abbati seu priori inobediens aut incorrigibilis exstiterit, et inde correptus seipsum
f. 76. non reformans, presencie nostre || corrigendos transmittent. Willelmum Wanflett et Willelmum Soll coram nobis prostratos proclamavimus, quia capis in choro non utebantur, eisdem districte precipientes ne taliter apparere de cetero presumant, seu sibi infra quindenam, sub pena contemptus, capas ordinari provideant. Precipimus insuper sub pena contemptus ut cotidie, sine omni mora, post canonicas horas diei, cantentur cum nota eciam hore[1] beate Marie, quia valde indecens est Matris tocius misericordie laudes silere, que Salvatorem parturivit tocius seculi. Tonsureque fratrum precipimus ad modum religiosorum minorari et reformari. Plura ad presens non invenimus reformanda; sed omnia, intus et extra, dicti abbatis sagaci providencia comperimus gubernata. Et quamvis in sua prima creacione dictum monasterium involvebatur onere debitorum c. li., modo revera nullis obligatum debitis. In frugibus, animalibus et omnimodis aliis predicto monasterio congruentibus, dicti abbatis provisione prudentissima, ditissime stuffatum. Datum sub sigillo nostro etc.

[1] MS. has *horas*.

456. Visitation of Langdon.

7 October, 1491.

One of the canons accused of incontinence with a married woman was punished with forty days' grave punishment, followed by three years' seclusion in another monastery. The religious are again reminded of the form of the tonsure. The abbot has had the big bell recast and the cloister walls repaired, &c.

Visitacio Monasterii de Langdone.

Anno Domini millesimo CCCCLXXXXI., vii. die mensis Octobris, A. fol. 100. Nos Ricardus etc., assumpto ut supra, visitavimus monasterium de Langdone, nostri Ordinis Premonstratensis, Cantuariensis diocesis; ubi quidam frater Edwardus Symone convictus est de incontinencia cum quadam muliere uxorata, quare injunximus eidem penam xl. dierum gravioris culpe, et ad monasterium de Wenlynge pro triennio fore emittendum, nisi alias secum interim misericorditer fuerit dispensatum. Et omnibus dicte ecclesie confratribus districtissime precipimus, sub pena suspencionis, ut de cetero tonsure secundum formam religiosorum nostri Ordinis minorentur, infra xl. dies proxime sequentes. Et omnes non surgentes || ad matutinas graviter puniantur per penam unius diei f. 100 b. in pane et aqua sine remissione injungendam, atque humiliter abbati et priori debite, ut tenentur religiosi, obediant. Et quantum ad debita monasterii dicti, ecclesiam comperimus alienam; ex abbatis ejusdem discreta providencia et ejusdem paternali solicitudine, universa intus et extra meliorantur, quia majorem campanam de novo reparari fecit, et muros claustri cum ceteris quamplurimis, quos longum hic esset inserendum. Eciam ad presens in horreis CCC^te^. acre granorum sunt recondite cum ceteris animalibus universi generis peroptime invenimus dictum monasterium melioratum. Datum sub sigillo nostro visitatorio, anno, die, et loco [supradictis].

1491. **457. Names of the Community at Langdon.**

NOMINA CONFRATRUM MONASTERII DE LANGDONE.

A. fol. 114.

Dominus Robertus Wanflete, abbas.
Frater Johannes Kentwelle, prior.
„ Johannes Lyone.
„ Ricardus Coley, vicarius de Tonge.
Frater Edwardus Symone.
„ Willelmus Waynflette, vicarius de Walmere.[1]
„ Willelmus Sole, vicarius de Leydène.[2]

30 June, 1494. **458. Visitation of Langdon.**

Bishop Redman gives the highest praise to the abbot and his administration. The shape of the tonsure is to be looked to. The abbot is not to let any canon live in his house who does not belong to it, except when ordered by the visitor.

VISITACIO MONASTERII DE LANGDONE.

A. fol. 124.

Anno Domini millesimo CCCCLXXXXIIII., ultimo vero die mensis Junii, Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium de Langdone, nostri Ordinis Premonstratensis, Cantuariensis diocesis, assumpto nobiscum predilecto confratre nostro, Roberto Bedalle, canonico et professo nostri monasterii predicti de Schappare; ubi inter patrem et suos subditos veram atque mutuam comperimus concordiam esse connexam. Et abbas tempore quo regimen accepit utiliter prefuit et profuit. Cui tamen precipimus, sub pena maximi contemptus, ne aliquos canonicos alterius monasterii quam sui, de cetero quoquomodo recipiat, vel apud se remanere permittat, nisi quos ex precepto superioris, id est visitatoris, per emissionem habuerit in mandatis recipere. Necnon eidem abbati ac omnibus confratribus, sub prefata pena maximi contemptus, precipimus tonsuras suorum, prout decet religioni nostri Ordinis, debite

[1] *I.e.* Walmer.

[2] *I.e.* Lydden in Kent.

[illegible] et reformare. Et de [illegible] [illegible] [illegible]

Sed tamen ecclesiam valde ruinosam ibidem occulariter perspeximus, quam domino abbati districte precipimus reedificare ac penciones confratrum suorum deinceps melius solvere.

f. 138 b, Anno Domini etc., xi. die mensis Octobris, Nos Ricardus, assumpto, ut supra, visitavimus monasterium de Langdone nostri Ordinis Premonstratensis, Cantuariensis diocesis; ubi Johannem Bostone ad culpam vocavimus in non surgendo ad matutinas, et pro ejusdem maxima necligencia eidem injunximus omni feria vi. jejunare in pane et aqua usque Nativitatem Christi, precipientes quatenus in hoc delinquentes in crastino abstinebunt in pane et aqua, absque aliqua remissione. Item precipimus, sub pena contemptus, omnibus ut prelato suo obediant, ac ut ipse prelatus conventu solvat illam pensionem antea usitatam, videlicet annuatim xxvi^{s}. viii^{d}, dummodo sibi obedientes sint prout decet, et divinum servicium die nocteque debite observent. Aliequin dicto domino abbati [precipimus] ut nil amplius quam statutum sit percipiant, videlicet xx^{s}. Insuper attente se dirigat intus ad reparaciones monasterii. In presenti visitacione dicta involvitur ecclesia in debitis x.li. In granis habundanter, in animalibus satis bene exstat provisa. Datum sub sigillo nostro etc.

5 Oct., 1500. **461. Names of the Community and Visitation at Langdon.**

Bishop Redman urges the abbot to increase the number of his canons as soon as possible. Attention is called to the law of silence.

Nomina Fratrum Monasterii de Langdone.

A. fol. 150 b.

Dominus Ricardus Coley, abbas.	Frater Johannes Lyone, supprior.
Frater Johannes Kentwelle, rector, etc.	,, Willelmus Waynflett.
Ceteri sacerdotes.	Ceteri sacerdotes.

Frater Willelmus Sole. „ JohannesBostone. „ Johannes Bowltowe.	Ceteri sacerdotes.	Frater Johannes York. „ Johannes Canturbery.	Novicii.

VISITACIO EJUSDEM.

Anno Domini MD., v. die mensis Octobris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum confratre nostro, domino Roberto Bedalle, canonico professo et sacerdote nostri dicti monasterii de Schappare, visitavimus monasterium de Langdone, nostri dicti Ordinis Premonstratensis, Cantuariensis diocesis, ibidem domino abbati precipiendo mandamus ne aliquem canonicum alterius monasterii quam proprii recipiat, et ut numerum canonicorum quam cicius commode potuerit augere non desistat. Omnibus insuper fratribus dicte ecclesie precipimus, quatenus silencium in locis debitis, divinumque officium observent, sub pena statuti, sine remissione aliqua transgressoribus imponenda. Honoremque sibi invicem exhibeant maxime tamen juvenes senioribus, sicuti decet religiosos. Debita domus extendunt tantum vi.li., tamen plus eidem debetur. In granis et animalibus satis sufficienter provisum. Data etc.

Memorandum quod abbas mittet tale signum [1] xv^s. ad Thomam Neylsone ad festum Purificacionis Beate Marie.

XXI. LANGLEY.

LANGLEY ABBEY, in the county of Norfolk, was founded in A.D. 1195, in honour of the Assumption B. V. M. from the abbey of Alnwick, in Northumberland. Some only of the names of its abbots are known.

1202 & 1209 (oc.). Gilbert (? abbot).

1233 & 1246 (oc.). Hugh (Addy's *Beauchief*, p. 35; Harl. Ch. 56, A. 33).

[1] Sic in MS.

1254 & 1280 (oc.). Simon de Middleham.
1290 (oc.). Adam de Filby.
1316 & 1324 (oc.). Jeffrey (*Cal. Rot. Claus.* 10 *Ed. II.* p. 427).
1340 (oc.). Robert.
1340 & 1363 (oc.). John de Strumpeshagh.
1367 (oc.). Geoffrey.
1375 & 1382 (oc.). John de Norwich.
1395 (oc.). John Walsham.
1422 (oc.). John Waterden.
1428 & 1463 (oc.). Nicholas de Wenyngton.
1467 & 1478 (oc.). Nicholas Warmeston (or Wyveton) (*E. Chanc. Proc.* Bund. 45, No. 304; Nos. 464, 468).
1482 (oc.). John Myntlyne (No. 476).
1488–1502. Walter Alpe (Nos. 67, 472).
1502–1513. William Kirslow or Curlew (No. 67; Add. Ch. 22446).
1513–1517. John Maxe (No. 481).
1517–1536. Robert Walkington (Add. Ch. 17746; *Valor Eccl.* iii. 304).

1345 (?). **462. The Abbot of Langdon to the Abbot of Langley.**

The monastery of Wendling is so impoverished by the wars that it cannot support its community: acting in behalf of the abbot of Prémontré, the abbot of Langdon sends two of the canons to the abbey of Langley.

P. fol. 39. (Reg. Prem. f. 38 a.)

Frater W., humilis abbas ecclesie de Langdon, vices gerens reverendi patris et D. D. Johannis D. g. Premonstratensis abbatis in hac parte, venerabili in Christo fratri abbati de Langley: salutem et sinceram caritatem.

Cum ecclesia de Wenlynge variis debitis, propter ista tempora mala guerre, multipliciter sit exinanita, ita quod ad sustentationem propriorum canonicorum bona ipsius non sufficiunt, et ad hoc de vestris canonicis per tempus non minimum graviter fuit onerata et oppressa; ne ipsa ecclesia propter predictorum moram canonicorum

in sui detrimentum maximum ulterius oppressa sit nequaquam, fratres vestros ibidem commorantes (viz. Johannem de B. et Thomam de C.) ad vos, in exoneratione ecclesie predicte, ordinavimus fore remittendos; mandantes vobis firmiter et districte, sub pena in statutis contenta, quatenus, cum iidem fratres Johannes et Thomas ad vos venerint cum presentibus, more boni patris, benigne recipiatis; tractantes eosdem in omnibus tanquam vestros, juxta sue merita probitatis.

Diem vero veniendi ad vos, ac numerum vestium suarum, in literis abbatis de Wenlynge plenius videbitis intueri.

Datum in ecclesia vestra de Langele, die Ascensionis Domini anno Domini. . . .

463. The same to the same. 6 Nov., 1345.

Concerning three canons who had been removed from Langley by the visitor, and had made their obedience to another abbot. As now they have leave to return, they cannot be received again to obedience without permission of the abbot of Prémontré.

Frater W., humilis abbas ecclesie de Langdon, vices gerens D. Premonstratensis in hac parte, venerabili in Christo fratri domino abbati de Langele, salutem et sinceram in Domino caritatem. P. fol. 40. (Reg. Prem. f. 38 b.)

Licet nos ecclesiam vestram nuper visitantes, de consilio et assensu D.D. abbatum de Alnewik (patris abbatis vestri), de Derham, et de Leyston, nobis ibidem assistentibus, fratres Johannem de London, Johannem de Bynham, et Thomam de T. ad ecclesias diversas Ordinis, suis culpis exigentibus, emissos decrevimus fore remittendos; et ipsi, auctoritate predicta, ad ecclesiam vestram sunt reversi: scire tamen vos volumus quod intentionis nostre non extitit nec existit, quo predictos fratres Johannem, Johannem, et Thomam ad obedientiam aliqualem admitteretis, cum alibi aliis abbatibus obedientiam manualem fecerunt, absque consilio D. Premonstratensis speciali.

Set vobis mandamus firmiter injungentes, quatenus predictos

fratres vobiscum in pace retineatis, tractantes eosdem in omnibus tanquam alios de vestris, quousque a dicto patre seu nobis aliud receperitis in mandatis, contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam compescendo.

Datum in ecclesia nostra de Langedon, vi. die mensis Novembris.

6 June, 1475. **464. Names of the Community of Langley.**

In Monasterio de Langley.

A. fol. 4 b.

Dominus Nicholaus Weveton, abbas.
Frater Johannes Brystow, prior.
Thomas Gosbek, supprior.
Johannes Schelton, circator.
Johannes Myntlyng.
Thomas Weste.
Robertus Yermouthe.
Henricus Pikering.
Reginaldus Spendlofe.
Thomas Russell.
Robertus Wigge.
Walterus Alpe.
Thomas Todenham, diaconus.
Thomas Castre, subdiaconus.

1478. **465. General Answers to Visitation Questions at Langley.**

P. fol. 41. (Reg. Prem. f. 117 b.)

Cenobium de Langley,
in [com. Norfolcie, et]
diocesi Norwici;
xi. Kalendarum Martii, anno Domini MCXCV., anno Regni R. Ricardi I. sexto,
[a Roberto Filio Rogeri] fundatum est;
In honore B. Marie Virginis, ad festum Assumptionis.
Abbas de Alnewyke est pater abbas.
Filia ejus est cenobium de Wendlyng.
Quinque habet ecclesias, set modici valoris.
Canonici in quibusdam sunt curati, set non perpetui.

Dominus Ricardus Fynes est fundator [sive patronus. Obiit II. R. Ricardi III.].

Nicholaus de [Weverton] abbas nunc est.

466. Visitation of Langley. 3 July, 1478.

The Abbot Nicholas Weverton is old and incapacitated; hence good order is decayed. The Prior is remiss in correction: two canons appointed to look after the temporals and spirituals. Two canons are punished for grave faults, and another is sent to another house for three years. The locking of cells forbidden, and also, till next chapter, recreation outside the monastery.

VISITACIO DE LANGLEY.

Anno Domini millesimo CCCCLXXVIII°, tercio die mensis Julii, A. fol. 13* b.
Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium de Langley, nostri Ordinis, Norwicensis diocesis; ubi comperimus venerabilem confratrem nostrum, Nicholaum Weverton, senio confractum, egritudinibus agitatum, debilitate retentum; ita quod [curam sibi] commissam, ut tenetur, perficere non potest, licet licita nimis et ultra honorifice in sua . . . . propter suam inpotenciam modo quam dotem est dictam decrescit.[1] Et quia scimus Mariam [? sustinet] Martha [*sic*] et spiritualia sine temporalibus non possunt [subsistere, ideo] in subsidium et rele[vamen] predicti prelati ordinavimus et oneravimus fratres Johannem Schelton et Robertum Yermoth cum cura spiritualium et receptis et expensis dicti monasterii, ut [est perspicuum] et distincte apparet in quadam commissione sibi superinde confecta. Comperimus in visitacione presenti fratrem Thomam Russel super criminibus notoriis, vita inhonesta [detectum esse, et] inde multipliciter

[1] The next page has been injured by damp, and it is almost impossible to print anything consecutively. It would seem that one of the canons, John Bristow, was found to have been negligent in his duties: he is ordered to attend the regular observances and choir.

diffamatum. Super quibus inquisitus se purgare non potuit, [quare] injunximus eidem penam gravioris culpe xl^ta^ dierum, et emittendum decrevimus [ad monasterium [1]], ibidem dictam subire penam, et remanere per triennium, nisi abbatis intercessione secum misericorditer dispensatum. Fratrem Thomam Sall, *alias* Caster, de apostasia detectum, sepius exeundo cepta monasterii, pro sua complenda libidine, comperimus, de quibus non potuit se purgare; igitur sibi injunximus penam xl^ta^ dierum dupliciter in domo sua propria peragendam. Fratrem Reginaldum Bewerley similiter de apostasia detectum comperimus, et nullo modo se potuit purgare. Sibi vero imposita est pena gravioris culpe, xl^ta^ dierum in domo propria complenda, sine aliqua remissione aliter quam statuta permittunt. Et cellas clausas in dormitorio aut aliqua re firmitate roboratas, ita quod presidentes temporibus oportunis non possint inspicere aut intrare, omnino interdicimus et prohibemus: recreacionesque quascumque in conventu, extra cepta monasterii fieri, usque [ad] nostrum proximum generale Capitulum, anno sequenti celebrandum, quia tante libertates et recreaciones ad inconveniencia prenotata fratres deduxerunt. Et volumus ut prior predictus personaliter nobiscum sit in nostro proximo Capitulo generali, ut de observancia premissorum nobis poterit informare. Que quidem premissa omnia et singula firmiter observari precipimus, sub pena excommunicacionis majoris. In ultima visitacione debuit dictum monasterium xl. libras, modo vero tantum. In granis et aliis necessariis nisi ex provisione stoffatum. Datum etc.

[1] From the next document it appears that the name of the monastery was Titchfield.

467. Nicholas, Abbot of Langley, to the Abbot of Titchfield. 3 July, 1478.

He sends one of his canons, Thomas Russell, who at the visitation has been sent, as a punishment, by Bishop Redman to Titchfield.

Nicholaus, Dei patientia, abbas monasterii B. Marie de Langley, Ordinis Premonstratensis, Norwicensis diocesis, venerabili confratri, domino, ejusdem patientia, abbati de Tichfeld, salutem et mutue dilectionis incrementum. P. fol. 62. (Reg Prem. f. 116 a.)

Cum venerabilis pater Ricardus, permissione divina, Assavensis episcopus, abbas de Schappa, et domini Premonstratensis commissarius generalis, monasterium nostrum de Langley, autoritate reverendissimi patris nostri Premonstratensis predicti, nuper visitasset:

quendam fratrem Thomam Rossell, canonicum nostrum, ad ecclesiam vestram de Tychfeld, culpis suis exigentibus, in pena gravioris culpe xl. dierum decreverit fore emittendum, et emiserit per decretum (prout in literis suis emissariis plenius continetur);

ipsum ad vos, cum presentibus, in pena predicta puniendum, duximus transmittendum, cum vestitu pro corpore et lecto sufficienti pro anno; vobis, seu vestro in hac parte deputato, ejus confessiones audiendi, et (quantum in vobis est) absolvendi, nostram plenariam committimus potestatem.[1]

Diem vero veniendi ad vos, xvi. diem instantis mensis Julii, sibi prefiximus.

Datum sub sigillo nostro, in domo nostra capitulari, iii. die mensis Julii, anno Domini M.CCCC.LXXVIII.

468. Names of the Community. 1478.

LANGLEYE.

Dominus Ricardus Fynes est fundator. Abbas de Alnewyk est pater abbas; xiiii. habet ecclesias modici valoris; canonici in A. fol. 21 b.

[1] In MS. *paternitatem.*

quibusdam sunt curati sed non perpetui. Fundatum erat in honore beate Marie virginis ad festum Assumpcionis, anno Domini M°.C° nonagesimo quinto, xi° kalendas Maii.

Dompnus Nicholaus Weveton, abbas.
Frater Johannes Bristow, prior.
„ Johannes Schelton, supprior.
„ Johannes Myntelyng.
„ Robertus Yermouthe.
„ Henricus Pykyring.
„ Reginaldus Spendlowe.
Frater Thomas Russell.
„ Robertus Wygge.
„ Walterus Alpe.
„ Thomas Sall.
„ Thomas Thodham.
„ Willelmus Hakun.
„ Robertus Esyngwolde.
„ Reginaldus Bewerly.

20 Aug., 1482. **469. Visitation of Langley.**

Bishop Redman finds the abbot defamed of incontinence. On strict inquiry he judges the reports to be well founded: he places the government of the house in commission and assigns its duties; all suspected servants to be at once removed. The tonsure is legislated for; the duties of the rector chori *are laid down. Certain prayers for benefactors are ordered.*

Visitacio Monasterii de Langley.

A. fol. 34 b. Anno Domini millesimo CCCCLXXXII., xx. die mensis Augusti, Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium nostri Ordinis de Langley, Norwicensis diocesis; ubi comperimus dictum monasterium valde ruinosum, minime debita reparacione sustentatum. Et abbas ejusdem ubique locorum maxime diffamatus est incontinencie et delapidacionis infamia; super quibus igitur, singillatim et in secreto, de dicte ecclesie fratribus inquisicione prehibita, ut tam de capite quam de membris super reformandis et corrigendis meram et plenam nobis indicarent veritatem. Quibus plenarie ac veraciter satis non a malevolis fratribus, sed fidedignis instructi.

invenimus quod condolemus, predictas diffamaciones in rei veritate fore factas. Super quibus remedium providere curantes, ac considerantes quod languescente capite simul membra omnia infirmantur, idcirco, nobis venerabili confratre nostro Johanne Skernyng, abbate monasterii de Wenlyng assistente, ac sano consilio ejusdem conducti, presens per decretum ordinavimus ac omnem curam, intus et foris, fratribus Johanni Shelton et Waltero Alpe committimus. Plenam habeant potestatem, vice et auctoritate nostra, in omnibus bonis et rebus [et] proventibus predicti monasterii, intus et exterius, recipere [ac] solvere, [ut] pro monasterii utilitate honestate viderint indigere et expedire. Injungentes predictis fratribus ut solicite et laudabiliter ministre[n]t patri suo abbati in victualibus, secundum quod ex antiqua consuetudine ei consuevit ministrari, sine fraude et murmure, reddentes insuper dicto abbati annuatim aliqua sine deceptione, ad iiii^{or} anni terminos, c^{s} legalis monete Anglie equis porcionibus. Et dicti fratres unum computum conjunctim de receptis et expensis fideliter faciant, sicuti coram Summo Judice voluerint respondere, ac unus predictorum fratrum ad nostrum generale Capitulum aut proximam convocacionem nos de predictis fideliter certificet et nobis computizet. Injunximus eciam abbati, sub pena deposicionis, ut illas communes tabernas juxta monasterium existentes de cetero nullo modo frequentet neque ullas recreaciones ibidem fore permittat. Et omnes mulieres, tum ibidem morantes tum extra portas, de aliqua incontinencia diffamatas et suspectas, ultro permanere non sinat, sed eas prorsus infra spacium xl. dierum amoveat et totaliter expulset. Inhibemus insuper ne alicui fratrum suorum licenciam extra monasterium celebrare prestet, nisi hiis solummodo quibus in ecclesiis predicto monasterio annexis et appropriatis cura committitur. Sigillum eciam commune mandavimus firmiter custodiri sub tribus clavibus; unum committatur discreto seniori, alterum priori, et tercium sibi abbas reservabit; nullas, districtissime precipimus, cum predicto sigillo confirmare et apponere ad literas aut obligaciones, quin super hoc consilium pariter et auctoritatem domini

Premonstratensis habuerint, sub pena excommunicacionis majoris. Domino insuper abbati injunximus quatinus numerum canonicorum quam cito possit augeat ut divinum servicium debite persolvi queant. Conventui in mandatis districte dedimus ut tonsuram, secundum Ordinis nostri statuta, custodiant, prout in || presenciarum f. 35. fore ac fieri fecimus, sub pena incumbenti. Et solicite diebus quibus commode poterunt unanimiter laborent. Ac nullus eorundem presumat post completorium dormitorium exire, aut aliquis presidencium aliquem ad hoc licenciare, sub pena trium dierum in pane et aqua, nisi ex evidenti necessitate. In dicto visitacionis eciam actu ordinavimus et abbati dicte ecclesie et ejus fratribus firmiter mandando precipimus, ut Andream Wormoll et Johannam uxorem ejus cum omni suppellectili suo prorsus inperpetuum ab omni firma, tenementis, ac omnimodis emolumentis deponat et expul[s]et, sine aliqua spe revertendi ; ac cuncta premissa diligenter observari, tam ex parte abbatis quam conventus, precipimus sub pena excommunicacionis majoris, et nulli laicorum presumant premissa revelare sub predicta pena. Volumus insuper, et precipimus, quatinus cotidie rector chori, in medio chori, cuncta incipiat, videlicet ad matutinas, vesperas, et ad missam, nisi quum ante capitulum celebratur. Et ad ceteras horas psalmos in suo stallo incipiat. Et presens per decretum ordinamus et, cum consensu abbatis ejusdem monasterii, quod predictus abbas uni ex fratribus committat et injungat missam domini Roberti Wynkfeld militis, et domine Anne consortis sue, devote celebrare durante termino xiii. annorum, et de cetero fiat pro eis inperpetuum, sicut de fratre aut sorore in ordine consuetur fieri. Ulterius ordinatum est, cum consilio abbatis et conventus, et nos decrevimus, auctoritate domini Premonstratensis, sub pena excommunicacionis majoris, quod predictus abbas et conventus solvant seu solvi faciant domine Anne Chamberlayn xxx. li., monete Anglie, in forma sequenti ; videlicet c^{s} ad festum beate Marie Annunciacionis, proxime futurum post datum presencium, et sic in eodem festo annuatim donec totalis summa xxx. li. predictarum plene fuerit soluta et satis-

facta, et hoc precipimus sub pena suspensionis, et ex parte abbatis deposicionis, hoc fideliter faciant et observent. In ultima visitacione debuit dictum monasterium xl. li.

470. Names of the Community of Langley. 1482.

NOMINA FRATRUM MONASTERII DE LANGLEY.

Dominus Johannes Myntlynge, abbas ejusdem.
Frater Johannes Bristow, prior et vicarius ecclesie de Thurton.
,, Johannes Shelton, supprior et cellerarius.
,, Robertus Yermoth, rector de Chatgrave.[1]
,, Reginaldus Sponlove, circator, parochialis presbiter de Lypushow.[2]
,, Henricus Pekeryng, [presbiter] parochialis de Thyekby.[3]
,, Robertus Wygge, sacrista, cellerarius, et presbiter parochialis de Langley.
Frater Thomas Russell, servitor infirmorum et presbiter parochialis de Kyrby.[4] A. fol. 46.
,, Thomas Botheman, presbiter parochialis de Loddon.[5]
,, Walterus Alpe, magister noviciorum.
,, Thomas Abser.
,, Thomas Todenham, parochialis presbiter de Ryveschale.[6]
,, Willelmus Hakon.
,, Robertus Esyngwold, cantor.
,, Reginaldus Beverle, solacium sacriste.
,, Willelmus Bury, novicius.
,, Thomas Salle, apostata.

[1] *I.e.* Chedgrave, now part of Loddon.
[2] *I.e.* Limpenhoe, nine miles from Yarmouth.
[3] *I.e.* Thrigby, seven miles from Yarmouth.
[4] *I.e.* Kirby Bedon.
[5] In Norfolk, seven miles from Beccles.
[6] Probably Rushall, three miles from Harleston.

1 July, 1488. **471. Visitation of Langley.**

Bishop Redman thanks God that all is in an excellent state, both in temporals and spirituals, through the new abbot. There are to be no night hunts, or fishings, or recreations. Silence is to be kept. The abbot is to see that the pension of his predecessor is paid.

Visitacio prefati Monasterii de Langley.

A. fol. 73 b. Anno Domini millesimo CCCCLXXXVIII., primo die mensis Julii, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum dilecto confratre nostro, Roberto Bedall, canonico et priore monasterii nostri predicti de Schappe, visitavimus monasterium de Langley, nostri dicti Ordinis, Norwicensis diocesis; ubi comperimus, per maximam abbatis ejusdem ecclesie diligenciam et laudabilem prudenciam, dictum monasterium plurimum, intus et extra, esse emendatum et reparatum; nec aliquis fuit ibidem coram nobis depositus seu detectus, sed, Deo gracias, tam in spiritualibus quam in temporalibus, omnia || comperimus honorifice gubernata. Nos vero tranquillitatem et unitatem ecclesie predicte et personarum ejusdem conservare plurimum affectantes, quedam precepta inferius annotata necessario duximus facienda, que ab omnibus tam prelato quam a subditis precipimus firmiter observari, in virtute salutaris obediencie: ne ante horam matutinarum, hoc est circa noctis medium, matutinas cantare deinceps presumant, nec aliquem fratrum, propter culpam pro qua satisfecit, improperare. Inhibemus insuper, sub pena excommunicacionis majoris, ne per noctem venaciones, piscaciones, seu quovismodo alias illicitas potaciones, sive recreaciones exerceant, debiteque silencium conservent, sub pena statuti, sine aliqua remissione injungenda. Injunximus eciam domino abbati ut in omnibus et per omnia suo predecessori ministret cum favore suo in pensione, cum eo cotidie commedat, quo absente cum priore. Status autem hujus monasterii in animalibus et granis satis usque nova comperimus esse provisum. Et quamvis in prima sua creacione

dicta debuit ecclesia cc. li., et ultima et nunc vero ejus laudabili providencia minoratur c. li. Datum etc.

472. Names of the Community of Langley. 1488.

Nomina Confratrum Monasterii nostri Ordinis de Langley.

Dominus Walterus Alpe, abbas.
Frater Johannes Schelton, prior.
„ Robertus Yermoth, vicarius.
„ Reginaldus Spendlowe, vicarius.
„ Thomas Russell, vicarius.
„ Thomas Castre, vicarius.
„ Thomas Teudenham, vicarius.
Frater Robertus Esyngwold. A. fol. 73 b.
„ Reginaldus Beverley.
„ [Thomas] Walsokon.
„ Thomas Dryver.
„ Willelmus Bury.
„ Thomas Ludham, diaconus.
„ Johannes Norwich, diaconus.
„ Walterus Fulscham.

473. Visitation of Langley. 28 Sept., 1491.

Bishop Redman punishes a canon because in a quarrel with a Carmelite he cut off the friar's hand accidentally. He is to be sent to perpetual imprisonment at Sulby. Another canon convicted of apostasy is pardoned at the intercession of the abbot. Attendance at matins is enforced.

Visitacio Monasterii de Langleygh.

Anno Domini MCCCCLXXXXI., xxviii. die mensis Septembris, A. fol. 99 b.
Nos Ricardus etc., assumpto prout supra, visitavimus monasterium de Langley nostri Ordinis Premonstratensis, Norwicensis diocesis; ubi maximum nuper ibidem infortunium accidisse comperimus de quodam fratre Thoma Ludham, ejusdem ecclesie canonico, quod, instigante diabolo, ipse cum quodam fratre Ordinis Carmelitarum pariter, diu litigantibus et tandem manus violentas [et vim percussionum] alter alteri nephande inferentes, manum

ejusdem fratris Carmelite infortune abscidit dexteram, in magnum nostri Ordinis scandalum et dampnum. Quare eidem injunximus penam xl^{ta} dierum gravioris culpe et infra xiiii. dies ad monasterium de Sulby fore emittendum, ibidem pro perpetuo incarcerandum. Et Robertum Derham de sua apostasia prius perpetrata, ad intercessionem proprii sui prelati et ex sua bona conversacione absolvimus et absolutum declaramus in hiis scriptis, restituentes eum ad vocem, stallum, et obedienciam nominatam, et pristinum statum unius fratris in hoc. Precipimus omnibus dicte ecclesie curatis, sub pena contemptus, ut singuli eorundem sibi capam provideant claustralem, ut cum infra monasterium accesserint, uniformiter cum ceteris fratribus appareant. Precipimus insuper districte ut silencium iiii^{or} locis debitis melius solito observetur, sub pena statuti transgressoribus, sine aliqua remissione injungenda. Et eandem penam sustineant omnes dicte ecclesie confratres quociens a matutinis se absentare presumant. Inhibemus de cetero ne diaconi utrique misse assignati ad elevacionem hostie vel in percepcione ejusdem genua flectant. Et psalmus *Letatus sum* cotidie ad missam majorem vel ad matutinalem, quando in choro celebratur, deinceps cantetur cum versiculis et collectis inde assuetis. Precipientes ulterius domino abbati, in virtute sancte obediencie, quatenus super gregem sibi commissum, diligenter vigilet et excessus subditorum digne corrigat, prout districtissimo Judici et nobis respondere valeat. Cujus sagaci animo de debitis ad
f. 100. summam || plusquam c. li. minoravit, eo quod in presenti visitacione cvii. li. dictum debuit monasterium. In granis et aliis necessariis satis sufficienter stuffatum. Et preter hec annuatim v. li. redditus sapienter adquisivit.

474. Names of the Community at Langley. 1491.

NOMINA CANONICORUM MONASTERII DE LANGLEY.

Dominus Walterus Alppe. abbas.
Dominus Johannes Myntlynge, quondam abbas.
Frater Johannes Scheltone, prior.
„ Reginaldus, supprior.
„ Robertus Yermoth.
„ Thomas Russelle.
„ Thomas Salle.
„ Robertus Derham.
Frater Reginaldus Beverle. A. fol. 114.
„ Willelmus Bury.
„ Thomas Dryver.
„ Thomas Walsokone.
„ Johannes Norwich.
„ Walterus Folschame.
„ Walterus Alebas.
„ Thomas Ludham, in carcere.

475. Visitation of Langley. 14 July, 1494.

Grave reports of incontinence had been spread against the abbot. Bishop Redman, on strictest inquiry, finds them to be untrue. The abbot is to be careful and not to give long leases, &c., to the detriment of the monastery. Two canons are convicted of spreading the reports about the abbot; at his intercession they are forgiven.

VISITACIO MONASTERII DE LANGLEGHE.

Anno Domini millesimo cccc nonagesimo quarto, die autem A. fol. 124 b.
Julii xiiii., Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum predilecto in Christo fratre nostro, Roberto Bedalle, canonico et professo nostri monasterii predicti, visitavimus monasterium de Langley, nostri Ordinis Premonstratensis, Norwicensis diocesis; ubi de maxima prelati ejusdem infamia, tam de incontinencia, quam bonorum monasterii sui delapidacione, per circuitum diffusa; de quibus omnibus, sicuti tenemur, diligencius perscrutantes strictaque inquisicione, fratres ejusdem singillatim examinantes, minime comperimus ex rei veritate prout publica circumvolabat infamia. Attamen remedium inde apponere cupientes, necnon obloquium

deinceps sopiri dicto domino abbati precipiendo, sub pena excommunicacionis majoris, mandamus quatenus dicte mulieris consorcium, per quam in tantam inciderat infamiam, evitet, ulterius in monasterio suo nullo modo venire aut remanere vel quovis alio loco ad monasterium pertinente permittat inhabitare, sive aliquam moram ibidem trahere, sub pena superius prefixa. Et quia ex regula nostre professionis districte astringimur, videlicet capitulo, *Cum*, per vendiciones aliquas nostrorum reddituum sive proventuum, ad vitam vel ad longum tempus, inhibemur vendere seu literas obligatorias inde facere; cujus tenore satis edocti, inhibemus dicto domino abbati, sub pena deposicionis et conventui ibidem sub pena excommunicacionis majoris ne aliqua bona immobilia alienare imperpetuum, seu pensiones vel prebendas, grangias, hereditates, vel alios redditus ad vitam vendere, sive in dampnum monasterii predicti ad multos annos locare presumant, [nisi] licencia a nobis sive patre abbate ad minus petita pariter et optenta; sive advocaciones ecclesiarum dicto monasterio annexarum, aliquibus personis regularibus sive secularibus, per literas obligatorias inpignorari sive quovis alio assignare audeant, sub pena statuti superius pretacti. Et quia in granis tantum non habent nisi provisione, ideirco dicto domino abbati mandamus quatenus manerium de Langley ad firmam pro tempore locatum, quo tempore transacto retrahat proprias ad manus utilitati monasterii, ulterius colendum et tenendum. Necnon eciam eidem abbati, sub pena contemptus, precipimus ut jocalia monasterii sui infra annum proximum futurum reduci sagaci animo procuret, ac refectorium, infra terminum duorum annorum, satis competenter reedificari faciat dictus abbas, sub pena incumbenti. Et deinde claustrum prout commode potuerit moram inde non protrahat. Supra hec autem omnia, coram nobis, ibidem fratres Thomas Wolssokene et Willelmus Bury sunt detecti, quod maligna invidia causam tante infamie proprii sui prelati, prout superius annotatur, presertim exstiterint, quo, sibimetipsis coram nobis prostratis, allato, magis tacendo defectivos se fatebantur quam immunes veniam inde

poscendo, ad quorum mentium singultus et ad intercessionem sui prelati et fratrum suorum, penam inde debitam usque provinciale Capitulum continuavimus ex eorundem garandia,[1] eidem domino abbati precipiendo quod si interim non sint bone conversacionis in eos justiciam debite correccionis exerceat. Nec quisquam fratrum acta presentis capituli aliquibus personis revelare presumat, sub pena excommunicacionis majoris. Et omnes patri ac presidenti sine murmure pie obediant. Super quibus dictus abbas super gregem pervigilet sibi commissum ut nostram et suam exonerari voluerit conscienciam. Et quia dies nuper mali fuerant ideo debita multum minorari non potuerunt, que ad summam vi^{xx}. li. extendunt. Aliis preter granis satis laudabiliter, suis maximis reparacionibus consideratis, consistit provisa. Datum sub sigillo nostro, anno, die, et loco supradictis.

476. Names of the Community of Langley. 1494.

Nomina Fratrum Monasterii de Langley.

Dominus Walterus Alpe, abbas.
Frater Johannes Sheltone, prior.
„ Robertus Yemoth, vicarius.
„ Robertus Esyngwolde.
Frater Thomas Walsokene. A. fol. 118.
„ Thomas Dryver.
„ Willelmus Bury.
„ Reginaldus [Beverley].
„ Johannes Norwich.
„ Walterus Fulsham.

[1] In MS. *garrencia.*

3 Oct., 1497. **477. Names of the Community and Visitation of Langley.**

Bishop Redman enjoins that all religious do wear their habit sufficiently long. The clock is to be repaired at once. The abbot is found to have diminished the debts of the house in spite of the evil times.

NOMINA FRATRUM MONASTERII DE LANGLEY.

A. fol. 137 b.

Dominus Walterus Alpe, abbas.
Frater Johannes Scheltone, prior.
„ Thomas Ludham, supprior.
„ Reginaldus Spayngloffe.
„ Thomas Salle.
„ Thomas Tudenham.
„ Robertus Derham.
Frater Willelmus Bury.
„ Thomas Wolsokyne.
„ Johannes Norwich, circator.
„ Thomas Garrard.
„ Willelmus Galis.
„ Thomas Dryver.
„ Reginaldus, licenciatus.

VISITACIO EJUSDEM.

Anno Domini MCCCCLXXXXVII., tercio die mensis Octobris. Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum predilecto confratre nostro, Roberto Bedalle, canonico nostri predicti monasterii, visitavimus monasterium de Langley, nostri Ordinis Premonstratensis, Norwicensis diocesis; ubi plura sub districto duximus precepto reformanda; ut omnes sint obedientes majorum preceptis, se invicem mutuo honorantes. Inhibemus districtissime ne fratres aut abbas tunicas tam breves et curtas habeant, sed prolixiores, prout convenientes decet religiosos. Sub districto precepto domino abbati mandamus orologium reparare per quod, tam die quam nocte, fratres excitati divina cicius possint celebrare. Et fratri Thome Wolsokyne ibidem injunximus officium, pro pensione conventus allevianda et eisdem debite solvenda terminis consuetis. Et pro reparacione ejusdem solicite procuret. Et licet dies moderni sint valde onerosi et mali, tamen dictus abbas debita nunc minoravit

de his que fuerunt ultima visitacione ad summam xl. li. In granis sufficienter usque nova et animalibus mediocri modo novimus dictam ecclesiam provisam. Datum etc.

478. Names of the Community and Visitation of Langley. **16 Oct., 1500.**

All are to assist the abbot. Living as religious, they will show that the evil report against the abbot and themselves is false. The abbot is charged not to meet the woman with whom his name has been mentioned. These matters and the guilt of conspiracy against the abbot are to be settled next time.

NOMINA CONFRATRUM MONASTERII DE LANGLEY.

Dominus Walterus Alpe.
Frater Robertus Esyngwolde.
„ Johannes Scheltone, prior.
„ Reginaldus Spendlove, sacrista.
„ Thomas Salle.
„ Wyllelmus Bury.
Frater Thomas Garrarde. A. fol. 151 b.
„ Reginaldus Beverley.
„ Thomas Dryver.
„ Thomas Walsokyne.
„ Thomas Ludham.
„ Walterus Fulsham.
„ Willelmus Galys.

VISITACIO EJUSDEM.

Anno Domini millesimo quingentesimo, xvi. die mensis Octobris. Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum predilecto confratre nostro, Roberto Bedalle, canonico professo et sacerdote nostri dicti monasterii, visitavimus monasterium de Langleyghe, nostri Ordinis Premonstratensis, Norwicensis diocesis, et omnibus ibidem tam abbati quam subditis precipimus, sub pena maximi contemptus, se de cetero religiose exhibere, quatenus scandalum in ore tocius vulgi super eis prolatum cicius sopiatur. Singulique fratres manus porrigant adjutrices, toto pro posse, ad abbatem et suum monasterium subveniendum. Domino abbati districtissime inhibemus, sub pena deposicionis et excommunicacionis majoris, ne de

f. 152. cetero quoquomodo convencionem sive colloquium habeat || cum illa muliere, qua nuper permaximum contraxit scandalum, at non merito, aut cum marito ejusdem, neque eisdem aliquid subsidii exhibeat, sub pena predicta. Dignam pro scelere singulorum tam abbatis quam subditorum penam, tam de incontinencia quam apostasia, necnon de conspiracione contra abbatem nocte conventiculum faciendo, duximus, usque ad proximum nostrum adventum protrahendam et continuandam. Debita domus extendunt ad summam vi^{xx} li. In granis et animalibus satis per annum sufficienter provisum. Datum etc.

10 Dec., 1502. **479. Robert, Abbot of Alnwick, to Bishop Redman.**

He is prevented by old age and sickness from visiting the daughter house of Langley. He begs the bishop will do this, and, if necessary, proceed to an election, for which he gives him all powers he may need.

P. fol. 42. (Reg. Prem. f. 109 b.) Robertus, Dei patientia, abbas monasterii B. Marie de Alnwike, Dunelm. dioc., Reverendissimo Ricardo, Eliensi episcopo, et D. D. Johannis abbatis Premonstratensis visitatori etc., omnimodam reverentiam et obedientiam tanto patri cum honore debitam.

Nempe, reverendissime pater, clamor populi et totius vulgi resonat ubique summopere, quod ecclesia nostra filialis de Langley, ad tantam inopiam sit redacta, quod propter[1] oppressionem eris alieni, non sufficiat domesticis necessaria ministrare; nec (quod dolendum est) in ceteris beneficiis spiritualibus debitum exercetur officium.

Set quia nos de domo nostra, pro arduis et inevitalibus negotiis ad presens insidentibus, quoquomodo minime abesse possumus, et presertim nimia corporis debilitate et senio confractus (quorum pretextu, nec equitare, aut debitum nostri officii in hac parte personaliter exequi, ut vellemus, quoquomodo non valemus);

[1] MS. has *preter*.

Quocirca reverentiam vestram intimius duximus toto cum cordis affectu exorandam, quatenus, cum ulterius periculum sit in mora, personaliter (si placeat accedere) visitetis eandem, vice et auctoritate nostra plenaria, correcturi et reformaturi in eadem que secundum Deum et Ordinis nostri instituta inveneritis corrigenda et reformanda, quod, si dicta ecclesia per depositionem, cessationem, renunciationem sive mortem vacare quovismodo contigerit, tunc damus et concedimus nostram auctoritatem plenariam inibi regendi novam electionem, electumque confirmandi, vel (si exposcat justitia) electionem cassandi, electumque (ex causa legitima) reprobandi; quod si inter fratres de eligendo abbate fuerit exorta discordia vel scissura, ita quod de facili nequiverint ad unitatem et || concordiam revocari, tunc damus et vobis com- f. 42 b.
mittimus auctoritatem nostram et plenariam potestatem eidem ecclesie de persona ydonea in patrem et pastorem canonice providendi; contradictores et rebelles (si qui fuerint) per sententiam excommunicationis majoris et aliis Ordinis statuta compescendi.

Quod si vos, reverendissime pater, personaliter ad premissa introducere nequiveritis, tunc per commissarium etc.

Datum in monasterio predicto de Alnewike, x. die mensis Decembris, A.D. M.D.II.

480. Election of an Abbot at Langley. March, 1502–3.

The election was held by the abbot of Welbeck in consequence of the resignation of Walter Alpe, the late abbot, and resulted in the choice of William Curlew.

(*See Vol. I., No.* 67.)

1513–14 (?). **481. Thomas, Abbot of Welbeck, to John Maxe, Abbot of Langley, and others.**

Thomas, abbot of Welbeck, as commissary of the abbot of Prémontré, orders them to summon the late abbot of Langley, William Curlew, to attend the Chapter and answer to charges against him.

P. fol. 43. (Reg. Prem. f. 138 b.)

Thomas [Wilkinson], permissione divina abbas monasterii B. Marie et S. Jacobi Apostoli de Welbek, D. D. Johannis Premonstratensis abbatis commissarius generalis,

venerabili confratri nostro in Christo D. Johanni Maxe, abbati de Langley, ac Willielmo Bury et Thome Garrad, canonicis ejusdem ecclesie:

quod citari faciatis peremptorie Fr. Willielmum Curlew, alias Kyrlew, nuper monasterii B. Marie de Langley abbatem, quod, sub pena suspensionis et excommunicationis, compareat personaliter coram nobis, in nostro provinciali Capitulo, in oppido de Notyngham, nono die mensis Aprilis proxime futuro,

certis de causis et articulis anime sue reformationem sive salutem concernentibus; ulteriusque ibidem auditurum, facturum, et recepturum quod caritativus ordo et justitia suadebunt:

Contra quem prefatum Willielmum non parentem (ob contumaciam et rebellionem manifestam) secundum nostrorum rigorem statutorum, cum consilio D.D. abbatum assistentium, ordine et processu judiciali procedemus.

XXII. LAVENDEN.

Lavenden, in the county of Buckingham and the diocese of Lincoln, was founded about A.D. 1180 from Sulby or Welford. The names of some of the abbots are:

1180. David, first abbot (Addy's *Beauchief*, p. 48).

1233–1236. Augustine (ibid. p. 34; *Col. Anct. Deeds*, ii. 502, c. 2820).

1254–1271 (oc.). Jordan (Lipscombe, *Bucks.* iv. 215; *Dep. Keep. Rept.* 44, App. 1, p. 161).
1279–1285 (oc.). Philip (*Cal. Rot. Claus.* 7 *Edw. I.* p. 556; Woll. ch. x. 33.)
1310 (oc.). ? William (Addy, p. 53).
1312. John de Lathbury (el.) (Lipscombe, *ut sup.*).
1339 (oc.). Richard de Emerton (*Cal. Rot. Pat.* 13 *Edw. III.* pp. 281–3–4).
1403 (oc.). Nicholas (*Cal. Rot. Pat.* 5 *H. IV.* p. 338).
1457 (oc.). Edmund (Add. Ch. 40604).
1475–1488. Robert Helmeden (Nos. 487, 488; Lipscombe, p. 117).
1491–1502. William Curlew [1] (Nos. 67, 490).
1502. William Hawle (el.) (No. 66).
1535–1536. William Calys (Lipscombe; *Valor Eccl.* iv. 241).

482. Names of the Community of Lavenden. 6 June, 1475.

In Monasterio de Lavenden.

A. fol. 5.

Dominus Robertus Helmeden, abbas.
Frater Johannes Weston.
,, Thomas Lavenden.
,, Willelmus Bulwyke.
,, Thomas Chalton.
Frater Edmundus Lathbery.
,, Johannes Kyrkeby.
,, Willelmus Yorke.
,, Willelmus Hall.
,, Johannes Catlyn.

483. General Answers at the Visitation of Lavenden. 1478.

P. fol. 44. (Reg. Prem. f. 117 b.)

Cenobium de Lavenden,
in [comitatu Buckinghamie et]
diocesi Lincolnie;
anno Domini MC . . . . . .

[1] Translated to Langley, March 1502–3.

[a Johanne de Bidun] fundatum est;
in honore S. Johannis Baptiste.
Abbas de Sulby sive Welford est pater abbas.
Quatuor habet ecclesias;
quarum curati quidam sunt canonici et quidam seculares.
Dominus le Zowch est fundator [sive patronus].

1478. **484. Names of the Community of Lavenden.**

LAVENDEN.

A. fol. 21.[1] Dominus le Zouch est fundator. || Abbas de [Sulby] est pater abbas. [Quatuor] habet ecclesias, quarum curati quidam sunt canonici, quidam seculares. Fundatum erat in honore Sancti Johannis Baptiste, anno Domini M°C . . . . . .

Dominus Robertus Helmeden, abbas.
Frater Thomas [Lavenden], vicarius de Lavenden.
,, Johannes Kyrkby, cantor.
,, Thomas Chalton.
,, Willelmus Kyrlew.
,, Willelmus Hall, sacrista.
Frater Johannes Katelyn, succentor.
,, Willelmus Bulwyk.
,, Johannes Yarwell.
,, Willelmus Gardner.
,, Edmundus Systher (? Fyscher), qui in scolis Cantabrigie.

[1] This document is injured by damp.

485. Visitation at Lavenden. 10 Aug. 1482.

Bishop Redman forbids games for money in the monastery. He orders a return to the length of the tunic and the other clothes approved by custom in the Order. One of the canons was gravely defamed for incontinence, but was cleared on inquiry. Within 14 *days all the canons are to have tunics down to their knees. The repair of the cloister is ordered. The convent seal is to be kept under three keys.*

Visitacio Monasterii de Lavenden.

Anno Domini MCCCCLXXXII., mensis Augusti x. die, Nos A. ol. 32 b.
Ricardus etc. visitavimus monasterium de Lavenden, nostri dicti Ordinis, ubi plura in melius reformanda comperimus. Inhibentes igitur et districtissime mandando precipimus, ut nullus claustralium de cetero audeat infra septa monasterii ad tenas[1] aliquo modo ludere, et hoc sub pena excommunicacionis majoris, seu ad aliquem alium ludum pro pecunia. Interdicimus insuper omnino manicas pennulatas, aut sericis ligaturis ullo modo ligandas cum caligis clausis, sed ab invicem divisis, sub pena trium dierum in pane et aqua, sine aliqua remissione transgressoribus injungenda. Et suo, humiliter et sine aliqua contradiccione, obediant presidenti, quem ad hoc abbas decreverit fore ydoneum, sub [pena] contemptus. Injunximus insuper domino abbati quatinus premissa firmiter faciat observari, et horum transgressores penis supranotatis districte castigat, et ex parte ipsius sub pena deposicionis; exhortantes eum pre occulis exemplum habere filiorum Heli, quos cum contra Domini preceptum fecissent et pater minime corrip- || uisset ob hanc causam retrocadens interiit. Willelmum insuper f. 33.
Kyrlew pro incontinencia graviter diffamatum [comperimus] cum quadam muliere vocata Elisabeth Tidwell, de qua se legitime purgavit: et Johannem Kyrkby cum Johanne Catyly pro rebellione contra suum presidentem proclamatum,[2] sed ad intercessionem proprii prelati penas eorundem continuavimus. Wyllelmus eciam Kyrlew

[1] *I.e.* tennis.

[2] MS. has *proclamantes*.

diffamatus est quod dissipasset bona monasterii sui, dando matri sue suisque affinitate conjunctis, cui injunximus ut dissipata toto suo pro posse restauret. Precipimus insuper singulis dicte ecclesie confratribus ut infra spacium xiiii. dierum proxime sequencium provideat sibi unusquisque tunicam usque ad genua prodeuntem, depositis, ac omnino prorsus deletis, strictis tunicis fustianis, cum caligis, ut predicitur, clausis, sub pena excommunicacionis majoris et sub pena maximi contemptus. Et nullus in dormitorio jacens presumat se a matutinis absentare sub pena unius diei in pane et aqua. Ac eciam nullus ultra differat suis utare amictibus, sed sibi aptari faciat infra terminum xiiii. dierum, sub pena excommunicacionis. Et infra dictum terminum precipimus domino abbati quatinus sigillum commune custodiatur, et semper firmetur cum tribus clavibus; unam committat suppriori, alteram seniori, et tercia secum omnino remaneat, sub pena deposicionis: Et restauratis et reparatis molendinis suis, continuo reedificet suum claustrum, infra annum unum ad ultimum terminum, sub pena predicta. In precedenti visitacione debuit dictum monasterium xx. marcas, sed modo, divina providencia, nisi xl^{s}. In aliis necessariis satis exstat stoffatum. Datum etc.

1482. **486. Names of the Community at Lavenden.**

NOMINA FRATRUM MONASTERII DE LAVENDEN.

A. fol. 45 b.

Dominus Robertus Hemeldene, abbas.
Frater Johannes Catylyn, suprior.
„ Thomas Camfyld, vicarius.
Edmundus Lathbery.
Frater Johannes Kyrkby, cantor.
„ Wyllelmus Kyrlwe, cellerarius.
„ Wyllelmus Hall, sacrista.
„ Walterius Wygton } novicii.
„ Henricus Lake }

487. Visitation of Lavenden. 18 June, 1488.

Bishop Redman finds the abbey very dilapidated, and makes the abbot promise to repair the whole in three years: the dormitory and bell-tower the first year, the mill, &c., the second, and the cloister the third. The canons are not to go out of the enclosure without permission. All are to rise for Matins.

Visitacio ejusdem Monasterii de Lavenden.

Anno Domini M°CCCCLXXXVIII., xviii. die mensis Junii, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum dilecto nobis in Christo confratre, Roberto Bedall, canonico et priore dicti nostri monasterii de Schappe, visitavimus monasterium de Lavenden, nostri dicti Ordinis Premonstratensis, Lincolniensis diocesis; ubi maximam comperimus ibidem in reparacionibus domorum ruinam et defectum non modicum, quas omnes abbas, coram nobis fiducialiter reparare et plenius reedificare spopondit, sub hac forma; videlicet hoc primo anno dormitorium cum campanili; in secundo anno molendinum cum pandoxatorio; in tercio vero anno claustrum. Ita quod, ex presenti tempore instantis visitacionis usque ad proximam nostram visitacionem, sine fraude et sine ulteriori dilacione totum opus consummabit predictum, et ad finalem perducet effectum. Quod quidem ex parte abbatis perfici precipimus, sub pena manifesti contemptus et deposicionis. Et sub eadem pena abbati inhibemus ne fratres suos alicubi extra septa monasterii discurrere quovismodo licenciet, nisi tantum ad utilitatem monasterii, vel nisi quando grandis et probata necessitas urget; et hoc tamen de facili non concedat, nisi sibi plenius fuerit cognita. Et insuper omnibus dicti monasterii confratribus precipimus, sub pena x. dierum gravioris culpe, ne in domo secularium, infra septa monasterii vel extra infra unam leugam, commedere aut bibere presumant, sine licencia proprii sui prelati, prius petita pariter et optenta. Omnes, qui jacentes in dormitorio circa noctis medium surgant ad matutinas, sub pena unius diei in pane et aqua, qualibet vice A. fol. 72.

delinquentibus injungenda. Precipimus insuper ut silencium in melius reformetur, sub pena predicta eademque jejunandi forma. In hac et instanti visitacione debet dictum monasterium xx. ti. : in gramis usque ad nova stuffatum, animalibus tamen pauperrime, propter nimiam mortalitatem que nuper ibidem grassabatur. Datum etc.

1488. **488. Names of the Community of Lavenden.**

NOMINA CONFRATRUM MONASTERII DE LAVENDEN.

A. fol. 71 b.

Dominus Robertus Hemylden. abbas.

Sacerdotes.

Frater Thomas Camfeld, supprior.
„ Willelmus Bulwyke.
„ Edmundus Lathbery.
„ Johannes Kyrkby.

Frater Willelmus Kyrlewe.
„ Johannes Katlyn.
„ Johannes Hull.
„ Walterus Wighton.
„ Henricus Layke.
„ Johannes Kent de Langdon.

Sacerdotes.

17 Sept. 1491. **489. Visitation of Lavenden.**

Bishop Redman finds one canon guilty of incontinence and punishes him with three years in another monastery. The subprior also was charged with taking women into the dormitory, but his punishment was delayed at the intercession of the community. The outside canons, when they come to the monastery, must have their own cloaks.

VISITACIO MONASTERII DE LAVENDENE.

A. fol. 98 b.

Anno Domini M°CCCCLXXXXI., xvii. die mensis Septembris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum dilecto nobis in Christo fratre, Roberto Bedall, canonico nostri dicti monasterii de Schappa, visitavimus monasterium de Lavendene, nostri Ordinis Premonstratensis, Lyncolniensis diocesis; ubi frater Walterus Wightone de lapsu carnis convictus est palam et confessus, quare injunximus sibi penam xl. dierum gravioris culpe et ad monasterium Sancte

Agathe pro triennio fore emittendum. Detectus est frater Johannes Hull, supprior ejusdem loci, quod mulie[re]s in dormitorium adduxisset ad sue carnis libidinem ibidem implendam, de quo impetitus crimen quantum ad actum constanter denegavit, tamen presenciam unius cum eo ibidem negare non potuit, sed in hoc sue religioni et nostro arbitrio totaliter se submisit. || Statim suus f. 99. prelatus, flexis genibus cum omnibus ibidem existentibus, crebris precibus incessanter exorabant condignam eorundem fratrum penam mitius ponderari et puniri. Quorum precibus inclinati, penam eorundem usque ad proximum provinciale Capitulum continuavimus; existimantes se deinceps in melius proficere et vitam pristinam emendare et reformare. Precipimus domino abbati sub pena contemptus, et omnibus fratribus dicte ecclesie sub pena excommunicacionis majoris, ut deinceps conventus ad matutinas noctuanter consurgant, et distincte percantent cum ceteris horis diei. Et omnes extra manentes provideant sibi ut unusquisque capam claustralem, cum intus pervenerit, de proprio habeat. Et nullus claustralium in domibus secularium infra unam leugam a monasterio distantibus quovismodo commedat aut bibat, sub pena x. dierum gravioris culpe. Et abbas de facili licenciam ad hoc non concedat. Haud plus ad presens corrigendum non comperimus. Et de debitis que dictum monasterium in creacione dicti abbatis debuit summam xl. li. xiiii s. vi d. minoravit, licet omnimoda grana a Pascha usque nova emebat. In omnibus aliis pauperrime exstat provisum. Datum etc.

490. Names of the Community at Lavenden. 1491.

Nomina Fratrum Canonicorum Monasterii de Lavendene.

Dominus Willelmus Curlew, abbas. Frater Willelmus Bulwyke, licenciatus. A. fol. 113 b.

Frater Johannes Hulle, supprior. ,, Johannes Yarwelle, licenciatus.

,, Thomas Camfelde, licenciatus.

Frater Johannes Kyrkby, vicarius exemptus.
„ Edmundus Lathbery.
„ Johannes Ketlyne, licenciatus.
„ Willelmus Halle, vicarius exemptus.
Frater Walterus Wightone, licenciatus.
„ Henricus Layke, cantor.
„ Johannes Kent, licenciatus.
„ Joh[annes Maxey (?) . . . sacrist]a. ?

25 July, 1494.

491. Visitation of Lavenden.

Bishop Redman calls attention to the obligation of choir; the rising at midnight and all the day hours where there are four religious. One canon charged with incontinence proved his innocence: another, the subprior, was found guilty on suspicion of incontinence and of planning to poison his superior. The case was considered too serious to settle at once.

Visitacio Monasterii de Lavendene.

A. fol. 125 b. Anno Domini millesimo CCCCLXXXXIIII, die vero mensis Julii XXV., Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum, prout supra, visitavimus monasterium de Lavendene, nostri Ordinis Premonstratensis, Lyncolniensis diocesis, in eademque plura inveniuntur necessarie reformanda. Presertim domino abbati districte, sub virtute salutaris obediencie, precipimus quatenus ut verus pastor, super gregem sibi commissum diligenter pervigilet; ut ad matutinas, circa noctis medium, omnes pariter in dormitorio quiescentes consurgant, matutinas debite cantando voce sonora; similiter et primam cum ceteris diei horis, vesperis et completorio, et hoc ex parte conventus precipimus sub pena contemptus, de cetero non omitti, dummodo iiii canonicorum existunt in conventu. Atque omnibus silencium frangentibus, sive a claustro sine licencia exeuntibus, unam sustinebunt diem in pane et aqua. Necnon eciam missam de die cum nota cotidie celebrari non omittant, et similiter de Beata Maria

cantari precipimus, tempore tamen feni et messis sive grandis laboris duntaxat demptis. Ibidem insuper frater Henricus Layk coram nobis est detectus de incontinencia cum quadam muliere, || vocata Alicia Hunt, et crimine sibi illato cum duobus suis con- f. 126.
fratribus legitime se inde purgavit, cujus consorcium deinceps eidem precipimus, sub pena excommunicacionis majoris, ad evitandum scandalum, non exercere. Comperimus eciam ibidem Johannem Hulle in loco suspecto cum muliere, vocata Johanna Grey, deprehensum fuisse, super quo impetitus nullo modo se inde potuit legitime purgare. Cui, in eo quod infra precinctum monasterii fuisset factum, injunximus penam xl. dierum gravioris culpe et ad monasterium de Westderham fore per decennium emittendum, eundem ab officio supprioris absolventes, quodque officium fratri Thome Camfelde injunximus ibidem. Idem insuper frater Johannes Hulle est detectus quod ut et verbo et opere proprium suum prelatum nitebatur toxicare, cujus rei plenam noticiam ad presens indagare non possumus: idcirco illud usque proximum provinciale Capitulum interim plenius perscrutandum continuavimus. Plura non sunt coram nobis proposita, preter quod ocularitur conspicimus necessarie reparaciones fieri, et hoc domino abbati in virtute sancte obediencie precipimus quatenus toto pro posse suo, omni mora postposita, faciat, quia ad presens in debitis dictus non constat abbas plusquam vi. li. iii. s. viii. d. onustus, in granis sufficienter usque nova: atque animalibus satis laudabiliter preantea excedens tempora. Datum etc.

492. Names of the Community of Lavenden. 1494.

Nomina Confratrum Monasterii de Lavendene.

		A. fol. 119.
Dominus Willelmus Curlew, abbas.	Frater Willelmus Bulwik.	
Frater Johannes Hulle, supprior.	,, Johannes Yarwelle.	
,, Thomas Camfelde.	,, Johannes Ketlynge.	
	,, Walterus Wightone.	

Frater Edmundus Lathbery.
,, Henricus Layk, cantor.
,, Johannes Kent, succentor.
,, Johannes Max[ey, aposta?]ta.

Beneficiati.

Frater Johannes Kyrkby, vicarius de Lavendene.
,, Willelmus Halle, vicarius de Schotswelle.[1]

25 Oct., 1500. **493. Names of the Community and Visitation of Lavenden.**

Bishop Redman finds everything improved. The abbot is ruling his community well, and both spirituals and temporals have improved.

Nomina Confratrum Monasterii de Lavendene.

A. & C. 152 b.

Dominus Willelmus Curlew, abbas.
Frater Thomas Camfelde, supprior.
,, Johannes Yerwelle, cantor et sacrista.
,, Henricus Ykyltone.
Frater Johannes [*erasure*].
,, Johannes Kent.
,, Ricardus Brawntone.
,, Willelmus Baundone, novicius.
,, Johannes Kyrkby, vicarius de Lavendene.

Visitacio ejusdem.

Anno Domini MV^c^, XXV. die mensis Octobris, Nos Ricardus etc., assumpto etc., visitavimus monasterium de Lavenden, nostri Ordinis Premonstratensis, Lyncolniensis diocesis; ubi discretum, providum pariter et circumspectum comperimus patrem, intus et extra laudabiliter cuncta regentem, fratribus suis tam victum quam pensionem ministrantem, nullis debitis oneratum, licet debita ante creacionis tempora multa retraxit. In granis et animalibus laudabiliter comperimus provisum. Datum sub sigillo etc.

[1] *I.e.* Shotteswell, in Warwickshire, five miles from Banbury.

494. Election of William Hawle as Abbot of Lavenden. 4 March, 1502.

The Abbot of Welbeck presided at the election on behalf of the Abbot of Sulby. It was held on the resignation of Abbot William Kyrlewe.

(*See Vol. I., No.* 66.)

XXIII. LEISTON.

Leiston Abbey, in the county of Suffolk and the diocese of Norwich, was founded A.D. 1183 from Welbeck. Among the abbots the following are known:

1182–1190 (oc.). Robert (MS. Cott. Vesp. E. xiv. f. 10).
1190–1216 (oc.). Philip (*ibid.*, f. 10 b; Harl. Ch. 44, J. 24).
1250 (oc.). Matthew (Suckling's *Suffolk*, ii. 431).
? Gilbert (Addy, 25).
1253 (oc.). Robert (MS. Cott. *ut sup.*, f. 39).
1285. Gregory (Add. Ch. 10274).
1293 (oc.). Nicholas (Add. MS. 8171, f. 826).
1301–1308. John de Glemham (Add. MS. 8171, f. 32 b; *Cal. Rot. Pat.* 1 *Ed. II.* p. 89).
1308–1310 (oc.). Alan (No. 3.).
1312. Robert (Addy's *Beauchief*, p. 25).
1316 (oc.). Simon (*Cal. Rot. Cl.* 10 *Edw. II.*, 427).
1326 (oc.). Robert (*Cat. Rot. Pat.* 19 *Edw. II.* 207).
1344 (oc.). John (*Cal. Rot. Cl.* 18 *Edw. III.* 478).
1390–1399. John (Suckling).
1403–1412. Thomas de Huntingfeld (*Cal. Pap. Docs.* v. 620; Add. Ch. 12651).
1437–1445. Clement Bliburgh (*Early Chan. Proc.* Bd. 13, No. 37).

1456.	John of Sprotling (No. 80).
1475–87.	Richard Dunmowe (No. 496; *E. Chanc. Proc.* Bund. 50, No. 83).
1488.	Thomas Doget (*ibid.*, Nos. 501, 507).
1504 (oc.).	Thomas Waite (*ibid.*; Suckling).
1527 (oc.).	John Green.
1531–1536.	George Charlton or Carleton.

10 Dec., 1473. **495. Bishop Redman to the Abbot of Welbeck.**

William Burton, the recently elected abbot of Welbeck, has visited his daughter house of Leiston in defiance of law and custom. He remained there at his visitation for eight days and with ten horsemen. As he has gravely injured the rights, &c., of the monastery, this is to cite him to appear before Bishop Redman to show cause why he should not be deposed from office.

P. fol. 45. (Reg. Prem. f. 106.)

Ricardus etc. dilecto in Christo confratri abbati de Welbek, salutem et nostris cum effectu parere mandatis.

Conquestum est nobis, qualiter vos, non ut mater set noverca, intrastis vestrum filiale monasterium de Leyston pretextu visitandi; quamquam statutis et consuetudinibus nostre sancte religionis dissonum fore videtur (eo presertim anno, quo generale Capitulum celebratum fuit); quia visitationes patrum abbatum in suis filialibus ecclesiis, nisi temporibus electionum abbatum, raro consuete fuerunt. Quia prohibitum est illis, ne suis filialibus ecclesiis sint onerosi vel graves, aut eas opprimant, etc., ut patet *Distinctione quarta canonica*. Set vos, nec lecta hujus salubris serie statuti, decem cum equestribus, per dies octo, inibi quievistis, et de malo in pejus onera et gravamina, nullo adhibito moderamine, eorum humeris alligastis.

O inauditum! quod talis juvenculus[1] prelacie dignitatis inscius, inunctus scientie, emulus discretionis, in uno collegio tanta proferret dispendia! Summam D. Premonstrati jurisdic-

[1] William Burton, abbot of Welbeck, was elected this year.

tionem exterminastis, ut actus vestre visitationis indentati reluceant! Sanctiones ultimi generalis Capituli contempsistis! Statuta nostri Ordinis defugistis! Inobedienti jugo subjecti estis, candorem nostri Ordinis semper denigrare conando! Abbatem de Leyston, contra omnem vim et effectum juris et ordinis, ad instantiam laicorum, crudeliter spoliastis omni beneficio, libertate et ministerio sibi traditis! Canonicum suum in emissione direxistis (quod, inspectis statutis de fratribus emittendis, nequaquam fieret); adversa vestra valetudine, bona dicti canonici, pro provisione officii sui deputata, abstulistis! Penas gravioris culpe intulistis! Terminum, || nulla probatione preventa, ita quod (archivis f. 45 b.
et registris vestris inspectis) in actibus omnium vestrorum predecessorum, totum videtur dissimile.

Igitur, quod talia non remaneant impunita, et ex aliis certis causis nos moventibus, vos, in virtute salutarie obedientie et sub pena contemptus, I. II. et III., ac peremptorie per presentes citamus, quatenus personaliter coram nobis aut nostris in hac parte deputatis, compareatis in monasterio de Egleston, nostri dicti Ordinis, Eboracensis diocesis,[1] X. die mensis Januarii proxime futuro post datum presentium, ad dicendum causam seu causas, quare de officio vestro et paternali jurisdictione de Leyston deprivari non deberetis etc.

Datum etc. decimo die mensis Decembris, anno Domini M.CCCC.LXXIII. et nostre consecrationis anno secundo.

496. Names of the Community of Leiston. 6 June, 1475.

In Monasterio de Leyston.

Dominus Ricardus Donnow, abbas. Frater Johannes Bryce, suprior. A. fol. 4 b.
Frater Robertus Colwyll, prior. ,, Robertus Grene.

[1] This is a mistake, as Egleston was in the diocese of Durham.

Frater Thomas Dogett.	Frater Johannes Henmale.
,, Robertus Jerveys.	,, Robertus Rowse.
,, Thomas Hoddys, circator.	,, Johannes Rede, novicius.
,, Willelmus Norfolke.	,, Robertus Brondyce, sacerdos
,, Willelmus Ruddok, cantor.	
.. Johannes Yoxforthe.	(est in monasterio de Langdon).

1478. **497. Answers to General Questions at the Visitation of Leiston.**

P. fol. 46. (Reg. Prem. f. 18 a.)

Cenobium de Leyston,
in [comitatu Suffolk, et]
diocesi Norwic.
anno Domini M[C.LXXXIII.]
[a Ranulpho de Glanville] fundatum est;
in honore B. Marie Virginis, ad festum Assumpcionis.
Abbas de Welbek est pater abbas.
Filia ejus est cenobium de Langdon.
Quinque habet ecclesias:
Canonici sunt curati in quibusdam, set non perpetui.
Dux de Suffolke est fundator [sive patronus].

1478. **498. Names of the Community at Leiston.**

LEYSTON.

A. fol. 21 b. Dux de Suthfolke est fundator. Abbas de Welbek est pater abbas. Quinque habet ecclesias; canonici sunt curati in quibusdam, sed non perpetui. Fundatum erat dictum monasterium in honore beate Marie virginis ad festum Assumpcionis anno Domini M°[C.LXXXIII].

Dominus Ricardus Dunmow, abbas.	Frater Willelmus Ruddoke, cantor.
Frater Robertus Collwyll, prior et cellerarius.	.. Johannes Yoxfurth. f. 22.
.. Thomas Dogett, supprior.	.. Robertus Rowse.
.. Robertus Jervyce.	.. Johannes Henmale, subcellerarius.
.. Johannes Bryce, circator.	.. Johannes Rede.
.. Thomas Hoddys.	.. Philippus Baker.
.. Willelmus Northfolke.	.. Willelmus Wodbriche, novicius non professus.

499. Visitation of Leiston. 22 Aug., 1482.

Bishop Redman thanks God that after a diligent inquiry he finds everything well, and charity well observed. He charges the abbot to see to the repair of the cloisters.

VISITACIO MONASTERII DE LEYSTON.

Anno quo supra, xxii. die mensis [Augusti]. Nos Ricardus etc. A. fol. 35 b. visitavimus monasterium de Leiston, nostri Ordinis, Norwicensis diocesis, solicite et attente de utroque statu monasterii inquirentes; ubi comperimus evidenter inter capud et membra, et ipsa invicem membra mutue dileccionis, caritatis, et pacis vinculum feliciter efflorere, et inde Deo gratias referentes, nil est penitus nostra correctione dignum, seu generali Capitulo referendum. Ipsius vero monasterii statum in omnimodis ordinis observanciis, secundum formam et effectum nostre sacre religionis inter cetera nostri Ordinis monasteria per abbatis ejusdem prudentissimam circumspeccionem, et fratrum sub ipso laudabilem ministracionem et obedienciam perfectam, in[v]enimus laudabilius gubernatum. Domino abbati in Domino exhortavimus, et in mandatis eciam dedimus, ut cum omni festinacione qua commode potuerit aut

possit, claustrum suum reedificare ulterius non expectet. Debuit dictum monasterium in precedenti visitacione vii^{xx} li., et in nostra presenti visitacione nil amplius quam iiij^{xx} li. In granis et aliis necessariis valde competenter et habundancius permanet. Datum etc.

1482. **500. Names of the Community of Leiston.**

Nomina Fratrum Canonicorum Monasterii de Leyston.

A. fol. 46.

Dominus Ricardus Dunmawe, abbas.
Frater Thomas Dogett, supprior et custos ecclesie de Leyston.
,, Robertus Colvyle, subcellerarius.
,, Robertus Jarvesse.
,, Robertus Rowse, circator et sacrista.
,, Wyllelmus Northfolke.
,, Wyllelmus Rudeke, custos ecclesie de Myddilton.[1]
Frater Johannes Yoksforth, custos ecclesie de Thorppe.[2]
,, Johannes Henmale, cellerarius.
,, Johannes Rede, cantor.
,, Philippus Bakare, succentor.
,, Wyllelmus Wodbrig.
,, Wyllelmus Smyth.
,, Thomas Wentt.

[1] Middleton, Suffolk, nine miles from Halesworth.
[2] Thorpe, Suffolk, one mile from Sudbury.

501. Visitation at Leiston and the Names of the Community. 4 July, 1488.

Bishop Redman finds everything in an excellent state. The Church services are carried out in a better way than in any other house. To this he attributes the prosperity of Leiston in temporals and spirituals. Three canons are corrected for breach of religious silence.

Nomina Confratrum Monasterii de Leyston.

Dominus Thomas Dogette, abbas.
Frater Johannes Bryce, supprior.
„ Robertus Colvyll, circator.
„ Johannes Henmale, cellerarius.
„ Willelmus Smyth, cantor.
„ Thomas Went, subcantor.
„ Willelmus Rudduke.
„ Johannes Yoxforth.
„ Johannes Rede, subcellerarius.
Dominus Johannes Dymmowe, quondam abbas. A. fol. 74 b.
Frater Philippus Mayson.
„ Willelmus Woodbrige.
„ Willelmus Calle.
„ Thomas March.
„ Robertus Fysk.
„ Robertus Osberne.
„ Johannes Leyston.

Visitacio Monasterii de Leyston.

Anno Domini M°CCCC^mo^LXXXVIII., iiii^to^ die mensis Julii, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum venerabili confratre nostro, abbate de Langley, visitavimus monasterium de Leyston, nostri dicti Ordinis, Norwicensis diocesis; ubi honorabilem comperimus patrem in spiritualibus et temporalibus virum utique providum et circumspectum, et illud, quod in Evangelio dicitur pre oculis habentem, videlicet: *primum querite regnum et justiciam*, etc. Quia ibidem pre ceteris nostri Ordinis monasteriis divinum servicium celebrius et laudabilius invenimus celebratum, || per quod f. 75.
revera non tantum omnia eisdem adjiciuntur necessaria, verum eciam universa a Deo sibi sunt, non tantum temporalium sed eciam spiritualium dona data. Eo quod in presenti visitacione nulla nostre audiencie ibidem comperimus allata sive detecta, sed

cuncta dicti abbatis sagaci ingenio tam intus quam extra laudabiliter recognovimus esse gesta, etc. Robertus tamen Colvyll cum aliis tribus fratribus pro silencio fracto coram nobis proclamatus et prostratus, eodem die penam, in statutis inde debitam, injunximus sustinere, disciplinam tamen ex oblivione eisdem remittendo, precipientes insuper quatinus, sub pena statuti, de cetero in melius ab omnibus custodiretur. Et tonsure fratrum, prout decet religiosos, sub pena contemptus, deinceps reformentur. Vigilieque mortuorum cotidie deinceps in choro cum nota cantentur, demptis tribus solummodo causis in statutis inde prelocatis. Haud plus ad presens comperimus reformandum, sed omnia alia ut supra. Et quamvis in prima sua creacione non modico debitorum volvebatur onere, jam vero eidem plus debetur quam debet. Granis, animalibus et aliis universis, dictum monasterium indigentibus, dicti abbatis circumspecta provisione honorifice instauratum. Datum etc.

30 Sept., 1491 **502. Visitation of Leiston.**

Again Bishop Redman testifies to the excellent rule of the abbot and the state of the monastery. This agrees with the belief of all clergy and laity. The tonsure of the canons is to be smaller.

Visitacio Monasterii de Leystone.

A. fol. 100. Anno Domini millesimo CCCCLXXXXI., ultimo die mensis Septembris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum ut supra, visitavimus monasterium de Leystone, nostri Ordinis Premonstratensis, Norwicensis diocesis; ubi nulla ad presens comperimus nostra correccione digna, sed circa utriusque status conservanciam, intus et extra, universa ordinate et religiose complectuntur, prout diffusius ubique in ore omnium, tam religiosorum quam laicorum, testatur, et ipsa res in facto ut ocularitur conspeximus, vera que predicuntur, animum nostrum consolidat; tamen tonsuras fratrum

duximus secundum formam nostre religionis deinceps minorari infra xl. dies proxime sequentes, sub pena suspensionis. Et in ultima visitacione nil dicta debuit ecclesia, sed nec nunc, dicti abbatis ejusdem ecclesie predicte excellenciori pre ceteris providencia, aliquo debitorum circumligatur. In granis et aliis omnimodis necessariis superabundantissime dictum monasterium comperimus provisum. Datum sub sigillo etc.

503. Names of the Community of Leiston. 1491.

NOMINA FRATRUM MONASTERII DE LEYSTONE.

A. fol. 114.

Dominus Thomas Dogete, abbas.
Dominus Ricardus Dymmow, quondam abbas.

Sacerdotes:
- Frater Johannes Bryce, supprior.
- „ Robertus Colvylle, circator.
- „ Willelmus Smyth, cantor.
- „ Thomas Went, succentor, bonus cantator.
- „ Johannes Rede, cellerarius.
- „ Johannes Yoxforth, curatus.
- „ Johannes Henmale, curatus.
- Frater Philippus Maysone, curatus.
- „ Willelmus Ruddoke.
- „ Willelmus Woodbrige.
- „ Willelmus Cale.
- „ Johannes Browne.

Novicii:
- „ Thomas March.
- „ Robertus Fyske.
- „ Johannes Leystone.
- „ Robertus Osborne.
- „ Johannes Blythburghe.
- „ Johannes Halysworthe.

SHOREDITCH PUBLIC LIBRARIES.

14 July, 1494. **504. Visitation of Leiston.**

The highest praise possible given to the administration of the abbot. The visitor finds nothing to correct, and the temporalities are in an excellent state.

Visitacio Monasterii de Leystone.

A. fol. 124. Anno Domini millesimo CCCCLXXXXIIII., xi. vero die mensis Julii, Nos Ricardus etc. assumpto nobiscum predilecto nobis in Christo fratre, Roberto Bedalle, canonico nostri monasterii predicti, visitavimus monasterium de Leystone, nostri Ordinis Premonstratensis, Norwicensis diocesis; ubi valde circumspectum comperimus patrem, intus et extra; non ut mercenarius, immo ut pius pastor omnia necessaria suis habundanter tribuit, ac cum omni mansuetudine universa singulis suorum subditorum solicite subministrat, ita quod laus ex ore omnium sibi attribuitur circumadjacencium, quod nobis quidem non modicam infert nostre mentis exultacionem. Et ex tempore quo feliciter prefuit, in animalibus ac singulis pecudibus incremento ad summam c. li. et ultra perduxit, cujus insuper sagaci providencia in granis et omnibus aliis necessariis, quorum usu quoquomodo indigent, habundantissime dicta ecclesia exstat provisa, atque super hec nullo debitorum onere obligata. Datum sub sigillo nostro visitatorio etc.

1494. **505. Names of the Community of Leiston.**

Nomina Fratrum Monasterii de Leystone.

A. fol. 118.

Sacerdotes.

Dominus Thomas Doket, abbas.
Frater Johannes Bryce, supprior.
„ Robertus Colvylle.
„ Willelmus Ruddok.

Sacerdotes.

Frater Johannes Yoxforde.
„ Johannes Henmalle.
„ Philippus Maysone.
„ Willelmus Wodbryge.
„ Johannes Rede.

Frater Willelmus Smyth.	Sacerdotes.	Frater Johannes Leystone.	Novicii.
„ Thomas Went.		„ Robert Osborne.	
„ Willelmus Calle.		„ Johannes Blythburgh.	
„ Johannes Bekyls.		„ Johannes Halysworth.	
„ Thomas Marsch, Novicius.			
Frater Robertus Fysck, Novicius.			

506. Visitation of Leiston and Names of the Community. 6 October, 1497.

The Bishop visitor is again able to testify to the excellent state of the house and to the administration of the abbot. Although new buildings have been erected, there is no debt.

Nomina Confratrum Monasterii de Leystone.

A. fol. 137 b.

Dominus Thomas Doget, abbas.	Frater Willelmus Calle.
Frater Johannes Bryce, supprior.	„ Johannes Bekyls.
„ Willelmus Wodbrige.	„ Thomas Marche.
„ Robertus Colvelle.	„ Robertus Fysk.
„ Willelmus Ruddok.	„ Johannes Leystone.
„ Johannes Yoxforth.	„ Robertus Osborne.
„ Johannes Henmalle.	„ Johannes Blybrow, diaconus.
„ Philippus Masone.	„ Johannes Halsworthe, subdiaconus.
„ Willelmus Smyth.	
„ Thomas Went.	

Visitacio ejusdem.

Anno Domini MCCCCLXXXXVII., sexto vero die mensis Octobris, f. 138. Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum prenominato fratre nostro Roberto Bedalle etc., visitavimus monasterium de Leystone, nostri Ordinis Premonstratensis, Norwicensis diocesis; ubi dictum monasterium comperimus virtute caritatis atque religionis observanciis plenum atque perfectum, cum cultu officii divini ad honorem Dei et suorum meritorum incrementum, et temporalium, tam granorum quam animalium, habundanciis, ex abbatis laudabili providencia

perfruentes, conspeximus. Et licet amena eciam monasterii construxerit edificia, et super hoc importabilia sustinuit [et] alia hiis diebus malis onera, tamen nullo aggravatur debito. Datum sub sigillo nostro visitatorio, anno, die, et loco supradictis.

14 Oct., 1500. **507. Visitation of Leiston and the Names of the Community.**

One of the canons was guilty of going out of the enclosure, but as he presented himself at the visitation his punishment was allowed to stand over. The canons are to use their hoods over their cloaks when out, and never tassels.

Nomina Confratrum Monasterii de Leystone.

A. fol. 150 b. Dominus Thomas Dokett, abbas.
Frater Johannes Bryce, supprior.
,, Robertus Colvelle, circator et magister noviciorum.
,, Willelmus Ruddok.
,, Johannes Yoxforde.
f. 151. ,, Johannes Henmalle.
,, Philippus Masone.
Frater Thomas Marche.
,, Willelmus Wodbrige.
,, Robertus Fyske, cantor.
,, Johannes Leystone, succentor.
,, Robertus Osburne.
,, Johannes Blyburghe.
,, Johannes Halysworthe.
,, Willelmus Calle.

Visitacio ejusdem.

Anno Domini M°. V°., xiiii. die mensis Octobris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum predilecto nobis in Christo fratre nostro Roberto Bedalle, canonico et sacerdote nostri dicti monasterii, visitavimus monasterium de Leystone, nostri dicti ordinis, Norwicensis diocesis; ubi precipimus ut in dormitorio, in singulorum celle sive camere ostio, parvulas fenestras fieri, per quas presidentes, secundum laudabilem nostri Ordinis consuetudinem, introspicere libere queant, nullusque canonicorum in dormitorio jacencium presumat ostium camere sue nocte intro, quovis ingenio, firmare,

sed liberum fiat presidencium omni hora noctis introitum necligencias fratrum diligenter circuire. Inhibemus insuper, sub pena contemptus, ne aliquis, intus aut extra, liripipiis nigris aut albis utatur, sed capucia secundum ordinem et formam religionis apta super capas habeant cum forinsecus exeant. Thomam Marsch de apostasia, limites sibi prefixos excedendo, comperimus detectum, sed quia religioni nostre inhesit, nostram presenciam exspectando. mitius duximus puniendum. Tamen, ob exemplum
|| aliorum, penam viginti dierum gravioris culpe injunximus f. 151 b.
subeundum, quam ad proprii sui prelati intercessionem continuavimus, usque ad proximum nostrum provinciale Capitulum, dictam penam discrecioni abbatis ex sua reformacione interim remittendo. Omnia alia, intus et extra, laudabiliter et omni laude habenda comperimus pre ceteris nostri Ordinis. Alienique sunt debitorum onere, alias in omnibus laudabiliter ditissimeque provisum. Datum etc.

XXIV. NEWBO.

The abbey of Newbo, in the county and diocese of Lincoln, was founded in A.D. 1198 from Newhouse. The names of only some few of the abbots are known.

1242 (oc.)	Matthew (Harl. Ch. 44, A. 9).
1310 (oc.)	William (No. 3).
1410 (oc.)	Ralph (Addy's *Beauchief*, p. 428; *Cal. Pap. Doct.* v. 383).
1433 (*ante*)	William Gresley (Addy's *Beauchief*, p. 22).
1475–1478 (oc.)	Peter York *alias* Wygham (Nos. 509, 511).
1482 (oc.)	John Mownkton (No. 515).
1494 (oc.)	John Colby (Nos. 517, 519).
1536	Richard Carre (*Valor Eccl.* iv. iii.)

28 October, 1306–1360.

508. Lease by Abbot and Convent of Newbo.

Made of some lands at Mustone in favour of Sir John de Charneless.

P. fol. 47. [1] Sachent tous qe cest escrit orront ou verront qe ces sount les covenauns fetes le an du regne le Roy Edward trentime quart finaunt par entre le abbe et le covent de Neubo de une part et syre Johan de Charneles de altre part, qe lavaunditz abbe et covent de Neubo ount graunte et lesse a moun syre Johan avaunditz deus bovees de terre arabil en le chaump de Mustone, ove les apertenauns, les queus deus bovees de terre William de Stauntone dona jadis al dit abbe et covent le terme comensaunt a la feste saint Simone et saint Jude les apostles, lan avaundist, jeskes a la fin de out anz pleynement parcompli, pur trente sous quater deners rendant par an a lavandist abbe et covent pur les terres avanditz a la feste la Invention de la seynte Croyce. Et douze deners pur chauntre messe et fere le service pur les almes soun peere e sa mere leyndeman de la feste avauntdist durraunt le terme des out anz avaundiz.

E fet asaver ke passe le terme de out anz les terres et les tenemens returneront al dit abbe et covent en ausi bon estat ou meliur qe memes Syr Johan les prist al comencement du terme, saunz nule manere de chalange ou contredyt moun syr Johan ou ses heyrs ou ses assignes.

f. 47 b. E si ensi seyt qe la terme seit [detenue] [2] en arere par quinze jours apres le terme assigne pur la defaute le avaundist syr Johan ou ses heyres ou ses assignes bien lit al dit abbe et covent, les avaunditz terres et tenemens entrer et seisir et tenir et de biens trouez et [ci estaunt] [3] fere lur prou et lur volunte sauns contredit le dit syr Johan et de ses heyres et de ses assignes.

[1] Peck copied this from the original at Belvoir in 1732. The copy is very incorrect. The obvious mistakes have been mended, but it has not been thought necessary to reproduce the unintelligent readings of the transcript in footnotes as variants.

[2] *deceime* in MS. The reading expected would be *demeure*.

[3] *cessaunt* in MS.

En testimoinaunz[1] de cestes choses les parties avaundites a ceste escrit endente ont mis lour seuz.

Done a Neubo le jour et le an avaundist.

509. Names of the Community of Newbo.

1475.

In Monasterio de Neubo.

A. fol. 5.

Dominus Petrus [York], abbas.
Frater Augustinus, sup-prior.
Willelmus Marston.
Willelmus Billok.
Willelmus Everard.
Johannes Pace.
Willelmus Heuby.
David Medley.
} Sacerdotes.

Ricardus Artell, Novicius professus.
Symon Fereman, Novicius professus.
Johannes Haukyn, Novicius professus.
Johannes Browne,
Johannes Barnby,
} Non professi.

510. General Answers of Newbo to the Visitation Questions.

1478.

P. fol. 48. (Reg. Prem. f. 117.)

Cenobium de Newbo,
in [comitatu et]
diocesi Lincolnie;
anno Domini M.C.XC.VIII.
[a Ricardo de Malebiss] fundatum est;
in honore B. Marie Virginis, ad festum Assumptionis.
Abbas de Newhous est pater abbas.
Tres habet ecclesias.
Canonici sunt vicarii perpetui.
Thomas Farfax, armiger, est fundator [sive patronus].

[1] *Sic* in MS.

1478. **511. Names of the Community at Newbo.**

NEUBO.

A. fol. 19 b. Thomas Farfax, armiger, est fundator. Abbas de Neuhouse est pater abbas. Tres habet ecclesias, [quarum] canonici sunt vicarii perpetui; fundatum erat in honore beate Marie ad festum Assumpcionis, in anno Domini M°.C°. nonagesimo viii°.

f. 21.

Dompnus Petrus York, abbas.	Frater Symon Feryman.
Frater Johannes Grantham, prior.	,, Johannes Morton.
,, Willelmus Efferard, supprior.	,, Johannes York.
,, Willelmus Billok, circator.	,, Johannes Monton, vicarius de Akaster.
,, David Meddeley.	,, Ricardus Skalyton, vicarius de Kneeton.
,, Johannes Pace.	,, Willelmus Byllyng, vicarius de Northorpe.
,, Willelmus Repyn.	,, Willelmus Marston.
,, Ricardus Hardyll.	,, Augustinus Markham.

3 August, 1482. **512. Visitation at Newbo.**

Bishop Redman finds the monastery much in debt and orders a full statement to be made to the abbot of Tupholme, and to be ready for him at the next visitation. No letters are to be sealed with the common seal without the assent of the abbots of Tupholme and Croxton. When the weather prevents out-of-door work, the canons are to study. Various changes of offices made.

[VISITATIO DE NEWBO.]

A. fol. 29 b. Anno Domini M°CCCCLXXXII., tercio die Augusti, Nos Ricardus etc., visitavimus monasterium de Newbo, nostri dicti Ordinis, Lincolniensis diocesis, solicite et attente, tam in spiritualibus quam in temporalibus, et habita legitima inquisicione super dicte ecclesie utroque statu, comperimus predictum monasterium non modicum incurrisse debitum ac ingenti fore ruina involutum, quibus de

causis nos multipliciter moventibus, et venerabili confratre nostro, abbate de Topholme, nobiscum assidente sanoque concilio ejusdem, precipimus districte, et sub pena contemptus domino abbati injungimus, quatinus valorem [1] aliqua sine defraudacione componat debitorum ac in eodem conscribat omnia et singula debita que eidem monasterio suo debentur, et consimiliter ea pocius que ad presens debent, et dictum debitorium fiat indentatum, una parte cum prefato confratre nostro, abbate de Topholme, remanente, et altera secum omnino permanente, usque ad nostram proximam reversionem, ut tunc temporis certissimum ejusdem monasterii intelligamus statum et debitum; et || hoc eciam sub pena excom- f. 31.
municacionis. Et prefatum fratrem nostrum in domino Jhesu exhortantes, ac in virtute salutaris obediencie firmiter injungentes, ut toto suo pro posse, in quantum sibi est possibile, ut predicta minorare studeat debita, et implicat se ad curam sibi commissam, et suum non desistat exhibere laborem, videlicet sui et famuli ejusdem monasterii diligenter attendant, et soliciti sint ad suam occupacionem, ut velint suas recipere mercedes. Et reparaciones domorum et tenementorum monasterii faciat; Et nullam presumat de rebus et bonis monasterii sui ali[e]nare, seu circa ecclesiam, vocatam Adlyngton, aliquo modo ulterius expendere. Ulteriusque precipimus, tam predicto abbati quam confratribus suis, sub pena contemptus, et ex parte abbatis sub pena deposicionis, quatinus sigillum commune, aut sui officii, ad ullas tradantur literas aliquo modo confirmandas, nisi super hoc fratrum nostrorum abbatis de Topholme et de Croxton habuerint assensum simul et concilium. Et predictus abbas nichil aliquid vendat de bonis monasterii sui ad valorem [1] xx^{s}, nisi eciam super predictum [2] per prius habuerit concilium. Et omnes seculares servos a suo monasterio prorsus removeat, nisi solummodo eos quos ex necessitate videntur haberi seu indigeri. Insuper eciam canes leporarios, et prorsus omnes ceteros caniculos, expulset et delere faciat, sub pena excommunicacionis majoris. Conventui insuper in mandatis dedimus, quatinus

[1] MS. has *verum.* [2] MS. has *predictorum.*

filiali compassione omnibus horis diligenter insistant labori, prout a suo prelato aut suppriore habuerint in mandatis. Et temporibus, quibus non permittit aeris temperies laborare, libris suis pro scientia adquirenda diligenter vacent. Et [insuper] potacionum excessus,[1] adeo ucusque in usu, a conventu habitis, contra religionis statuta et ad extremam monasterii sui confusionem, omnino interdicimus, sub pena contemptus. Et precipimus ut sine amictibus suis infra claustrum sub capis suis et extra non presumant apparere, sub pena trium dierum in pane et aqua. Quosdam insuper officiarios in eodem monasterio ordinavimus, presens per decretum, exharando Johannem Pacye ab officio supprioris, injungentes idem officium Ricardo Bonyt, cui eciam coram nobis pro sua apostasia emendacione et penitencia digna peracta injungimus psalterium unum infra annum dicendum, quem eciam committimus fore magistrum noviciorum ut eos instruat omni sciencia et virtute, quem insuper ab omnibus sentenciis juris et ordinis absolvimus, et ad pristinum statum eum restituimus. Injunximus eciam officium subcellerarii Johanni Pacye, et officium circatoris Davidi Medlay, eisdem districte precipientes ut candor nostre sacre religionis per eos, quantum in se est, iterum reluceat. Et Thomam Ulceby, canonicum de Neuhouse, pro suis apostasia et manifesta rebellione, omni solemnitate anathematizavimus et excommunicatum decrevimus. Et fratres Wyllelmum Heverard et Johannem Fawkyn pro eorum eciam apostasia excommunicatos eciam decrevimus.

[1] MS. has *potacionibus excessibus*.

513. Names of the Community at Newbo. 1482.

NOMINA FRATRUM ET CANONICORUM MONASTERII DE NEUBO.

Dominus [*left blank*].
Frater Johannes Pacye, supprior.
,, Ricardus Bonytt, circator.
,, David Medlay, cantor.
Frater Symon Fereman, sacrista. A. fol. 45 b.
,, Wyllelmus Repon.
,, Johannes Yorke, novicius.

514. Visitation of Newbo. 8 Sept., 1491.

Bishop Redman finds all well in the monastery. The abbot has made a new window at the end of the church and put glass into it. By his praiseworthy administration he has diminished the debts of the house.

VISITACIO MONASTERII DE NEUBO.

Anno Domini millesimo CCCCLXXXXI., viii. die mensis Septembris, Nos Ricardus etc., assumpto eciam, prout supra, visitavimus monasterium de Neubo, nostri Ordinis Premonstratensis, Lincolniensis diocesis; ubi omnes, tam capud quam membra, invicem caritate et unitate convincti, prout et regule Sancti Augustini [preceptis] edocentur, ut sit inter eos anima una et cor unum, ita quod nulla ibidem comperimus nostra correccione digna. Et abbas istius monasterii de novo construxit in fine ecclesie perpulcram fenestram, tam artificium lapideum, quam vitreum ejusdem. Et in ejus creacione debuit dictum monasterium plus quam cci. li. Et nunc, ejusdem laudabili providencia, de dictis debitis minoravit iiii^{xx}li. In aliis, animalibus, peccoribus, et ceteris necessariis, dicte domui aptis laudabiliter stuffatum. Datum etc. A. fol. 95.

1482. **515. Names of the Community of Newbo.**

NOMINA FRATRUM MONASTERII DE NEUBO.

A. fol. 113.

Dominus Johannes Mownkton, abbas.

Sacerdotes.

- Frater David Medlay, suprior.
- ,, Johannes Pace.
- ,, Augustinus Marcame.
- ,, Willelmus Hube.
- ,, Symon Feremane.
- ,, Johannes Accaster.

- Frater Egidius Marstone.
- ,, Henricus Hargrevis.
- ,, Ricardus Schalintone, vicarius de Knetone.[1]
- ,, Johannes Grantham, vicarius de Accaster Malbis.[2]
- ,, Ricardus Bonet, vicarius de Northroppe.[3]

Et dominus Petrus Wygham, quondam abbas, et nunc rector ecclesie de Alyngtone.[4]

1 August, 1494. **516. Visitation of Newbo.**

Bishop Redman visited the abbot personally, and the community by proxy, at the abbey of Croxton. The abbot is charged not to allow any drinking after Compline. Canons not present at Matins are to fast on bread and water. The new abbot has diminished the debts of the house.

VISITACIO MONASTERII DE NEUBO.

A. fol. 126 b. Anno Domini MCCCCLXXXXIIII., primo die mensis Augusti, Nos Ricardus etc., assumpto, prout supra, visitavimus abbatem de Neubo in propria sua persona et conventum ejusdem per procuratorem, legitime et literatorie sufficienter deputatum, in monasterio de Croxtone, nostri Ordinis Premonstratensis, Lincolniensis

[1] *I.e.* Kneeton, Notts, five miles from Bingham.
[2] *I.e.* Acaster Malbis, Yorks. W.R., five miles from York.
[3] *I.e.* North Thoresby (?), Lincoln, eight miles from Louth.
[4] *I.e.* Allington, Lincoln, five miles from Grantham.

diocesis, et nil ibidem ex deposito eorundem cepimus nostra correccione dignum. Attamen alias nostras pervenit ad aures aliqua, quibus nisi ex remedio procuremus obviare non modicam fovebunt insolenciam. Ideirco domino abbati atque omnibus canonicis ibidem districte precipimus, ne dictus abbas || subditos f. 127.
suos post completorium permittat quoquam exire extra dormitorium aut aliquas potaciones tunc temporis quovismodo fieri. Et quicumque a matutinis de cetero absentare presumpserint, crastino in pane et aqua sine remissione jejunent. Plura ad presens inserere minime duximus, sed dictus abbas tempore quo prefuit laudabiliter profuit incremento animalium, ovium, et omnium pecudum, cum granis et ceteris universis necessariis. Et debita in creacione sua reperta, videlicet xl. li., minoravit x. li., suis pluribus edificiis atque reparacionibus non obstantibus. Datum etc.

517. Names of the Community of Newbo. 1494.

Nomina Fratrum Monasterii de Neubo.

Dominus Johannes Colby, abbas.
Frater Augustinus Botesforth.
„ Johannes Pacy.
„ Willelmus Hubby.
„ David Medley.
„ Johannes Suerde.
Frater Johannes York, diaconus. A. fol. 119.
„ Willelmus Degelle, Novicius.
„ Willelmus Wright, Novicius.

16 Sept., 1497.

518. Visitation and Names of the Community at Newbo.

Bishop Redman prohibits games for money. The canons are not to eat in the houses of seculars. Recreation twice a week and on Sunday is recommended. The chant is to be according to the custom of the Order.

Nomina Confratrum Monasterii de Neubo.

A. fol. 136.

Dominus Johnnes Colby.
Frater Willelmus Hube, supprior.
„ Johannes Pace.
„ David Medlay.
„ Johannes York.
„ Willelmus Browille } Novicii.
„ Willelmus Thew } Novicii.
„ Thomas Tallone } Novicii.
Frater Johannes Grauntham, de Acaster. } Vicarii.
„ Ricardus Shalingtone, de Knetone. } Vicarii.
„ Ricardus Bonet, de Northope. } Vicarii.
„ Johannes Swerd, extra claustrum.
„ Symon de Ferrimane.

Visitacio ejusdem.

Anno Domini millesimo cccc nonagesimo septimo, xvi. vero die mensis Septembris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum, ut supra, visitavimus monasterium de Neubo, nostri dicti Ordinis Premonstratensis, Lincolniensis diocesis, et ibidem dicte ecclesie fratribus inhibemus, sub pena contemptus, de cetero aliquem exercere ludum propter turpe lucrum. Item inhibemus minuciones inordinate hactenus usitatas, huc atque illuc discurrentes, et in domibus secularium contra statuta comedentes, quas omnino interdicimus sub pena contemptus. Recreaciones tamen bis in ebdomada et dominicis sive festivis diebus, secundum discrecionem prelati, discernimus et volumus fieri. Precipimus eciam ut amictibus utantur usque ad[1] tempus generalis Capituli. Necnon precipiendo mandamus ut versiculi et cantus eorundem secundum ordinem de cetero cantentur. Nulla sunt ibidem debita reperta respectu que eis debentur. In granis et cunctis animalibus habundantissime stuffatum.

[1] MS. has *infra*.

519. Visitation and Names of the Community at Newbo. 3 November, 1500.

A canon guilty of leaving the monastery without permission is punished severely, although he returned the same day. Another canon found wearing slippers is corrected. The administration of the abbot is praised.

NOMINA FRATRUM MONASTERII DE NEUBO.

Dominus Johannes Colby, abbas.		Frater Willelmus Wolley.	Novicii.
Frater Willelmus Thew, supprior.	Sacerdotes.	,, Haddame Jaksone.	
,, Willelmus Hube.		,, Henricus Wyle.	
,, David Medlay.		,, Johannes Grauntham, vicarius de Ackaster.	
,, Johannes York.		,, Ricardus Scalyngtone, vicarius dē Knetone.	
,, Willelmus Bowlle.			
,, Thomas Talpane, diaconus.		,, Ricardus Bonet, vicarius de Northoppe.	

A. fol. 153 b. f. 154.

VISITACIO EJUSDEM.

Anno Domini M.D., tercio die mensis Novembris, Nos Ricardus etc. assumpto nobiscum etc., ut supra, visitavimus monasterium de Neubo, nostri dicti Ordinis, Lincolniensis diocesis, ubi Johannes Yorke detectus est de apostasia, eo quod licenciam petivit, sed minime impetravit, et ex hoc, quasi in contemptu, exivit; quare eidem pro prima apostasia, eo quod eodem die rediit, injunximus penam gravioris culpe, viginti dierum, ac pro contemptu contra prelatum xxx. dierum, et ad monasterium de [*name not given*] fore [per] triennium emittendum, nisi interdum fuerit secum dispensatum. Thomam Talpane conspeximus illis volubilibus sotularibus, *slyppars* vocatis, utentem,[1] cui necnon ceteris omnibus injunximus sub pena contemptus ne de cetero talibus utantur. Alia ad

[1] MS. has *utendo*.

presens non comperimus, sed certe prelatum notabiliter providum et circumspectum, circa spiritualia et temporalia indefesse laborantem. In granis et animalibus ultra predecessores suos provisum, nec ullis debitis oneratum. Datum sub sigillo nostro etc.

XXV. NEWHOUSE.

The Abbey of Newhouse or Newsom, in the county and diocese of Lincoln, was founded in A.D. 1143 from the abbey of Lisques in Normandy. In turn it was the parent house of eleven of the English Premonstratensian houses. Among the abbots we have the following:

1149–1160.	Gerlo (Harl. Ch. 50, H. 48; 44, G. 17).
?	Amblardus (Hugo, ii. 340; Harl. Ch. 43, B. 14).
1177–1183.	David (Harl. Ch. 43, A. 22; 43, A. 25).
—	Gervase (Harl. Ch. 50, I. 4).
1186 (oc.).	R. (Harl. Ch. 54, B. 9).
1199.	Adam[1] (transl. from Torre) (Addy, p. 29).
1203 (oc.).	Lambert (Harl. Ch. 46, A. 8; 44, G. 42).
1210–1220.	Galfrid (Harl. Ch. 50, E. 50; 52, D. 13).
1226–1230.	Osbert (Harl. Ch. 49, G. 1; 52, E. 40).
1242–1262.	Thomas (Harl. 44, A. 2).
1263–1275.	Robert (Harl. Ch. 44, G. 45; 44, H. 10).
1278–1294.	John (de Care) (Harl. Ch. 44, H. 9; 52, D. 20).
1294–1310.	Thomas (de Hedon) (No. 3; Coll. Ch. v. 40; Add. Ch. 47050).
1313 (c.).	'J.' (No. 395).
1317–1324.	Radulphus (Harl. Ch. 44, H. 31; 44, H. 29).
1336–1347 (oc.).	Alan (*Cal. Rot. Pat.* 15 *Ed. III.* p. 181; No. 32).
1377–1381 (oc.).	William de Teleby (Harl. Ch. 44, H. 29; *Cal. Rot. Pat.* 5 *Richard II.* p. 80).

[1] This Adam was first abbot of Torre, from 1196 to 1199 (see Peck MS. *re* Torre, No. 593).

1395–1419. Hugh or Henry (*Stafford's Exon. Reg.* 263).
1433–1435 (oc.). Henry (Harl. Ch. 55, A. 4; 55 E. 32).
1450–1462 (oc.). Robert (No. 620; Harl. Ch. 43, G. 45; 43, F. 2).
1475–1478. Thomas Ashton (resig.) (Nos. 70, 523).
1478–1497. John Swift (Nos. 56, 526).
1497–1503. William Sawndalle (Nos. 529, 541).
1518. John Moser (Harl. Ch. 45, A. 11).
1519. Christopher (Kirk, p. 204).
1534–1536. Thomas Harpham (*Monast.* vi. p. 865).

520. Names of the Community at Newhouse. 1475.

In Monasterio de Newhouse.

Dominus Thomas Ashton, abbas.
Frater Thomas Halton, prior.
,, Thomas Tat[yr]sale, supprior.
,, Johannes Thornton.
,, Johannes Lymber.
,, Johannes Barton, rector.
,, Thomas Stalynburgh.
,, Robertus York, circator.
,, Robertus Kyrnyngton, sacrista.
,, Thomas Hull, vicarius.
,, Johannes Hull.
Frater Robertus Beverlay, cellerarius. A. fol. 6.
,, Robertus Beverley, junior.
,, Gilbertus Egleston, cantor.
,, Thomas Holsby.
,, Robertus Hoghe.
,, Henricus de Tapholme.
,, Robertus Laverok.
,, Willelmus York } Diaconi.
,, Robertus Barro }
,, Thomas Sledmer } Novicii.
,, Thomas Habur }

3 June, 1478. **521. Visitation of Newhouse.**

Thomas Ashton resigned office as abbot on account of age. John Swyft, abbot of Beauchief, was elected in his place.

Br. Thos. Tatyrsall accused of incontinence and apostasy; also of the same, Thos. Hull, John Hull, Gilbert Egleston and Thos. Usceby; Thos. Tatyrsall, Thos. Ulcesby, and Wm. York of attempting to do harm to the cellarer by breaking into his room. All denied the charges, and at petition of abbot and convent, under hope of improvement, their punishment was held over. Abbot ordered to increase the number of canons, and to pay to each priest for clothing 20 *solidi yearly. All canons to wear almuces under capes. No one to upbraid others after the visitation under pain of excommunication. The late abbot to have the keep of a servant at the expense of the house, and a canon to help him at office, &c. Regulations for keeping of indentures and moneys under three keys. Nothing else discovered worthy of correction.*

Visitacio Ecclesie de Neuhouse.

P. fol. 53, also A. fol. 12 (Reg. Prem. f. 120 a.)

Anno Domini millesimo CCCCLXXVIII°, mensis Junii die tercio. Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium de Neuhouse, nostri Ordinis, Lincolniensis diocesis, ubi venerabilis confrater noster, Thomas Ashton, abbas dicti monasterii, senio confractus et ex aliis causis legitimis et honestis dicto die resignavit.[1] Et electus atque postulatus fuit in prelaciam dicti monasterii venerabilis ac notabilis vir, dominus Johannes Swyft, abbas de Bello Capite, et translatus ad idem, auctoritate predicti domini episcopi et visitatoris, ut planius apparet in decretis dicti electionis facte (prout supra). Et detectus erat frater Thomas Tatyrsall de incontinencia et apostasia; Et fratres Thomas Hull, Johannes Hull, Gilbertus Egleston et Thomas Usceby de eisdem criminibus similiter sunt detecti; ut publice apparet in compertis dicti domini visitatoris: Et detecti sunt predicti Thomas Tatyrsall, Thomas Ulceby et Willelmus York, quod ceperunt loca tenebrosa intendentes

[1] Here is written in A.: 'Sic resignavit abbas N.'

destruere cellerarium, frangendo ejus cameram. Qui omnes et singuli dicta crimina negaverunt, et ad purgaciones se obtulerunt. Et tunc, ad intercessiones proprii abbatis et abbatis de Barlyngs, ac tocius conventus, dictus venerabilis dominus visitator, sub spe emendacionis et melioris vite, suas correcciones continuavit, et deferri decrevit. Domino abbati injunxit, sub pena contemptus, ut numerum augeat canonicorum; et cuilibet sacerdoti fideliter solvet pro vestitu viginti solidos annuatim; et ut quilibet canonicus sub capis suis utatur almiciis; et ut nullus alicui inferat obprobrium post recessum visitatoris, pro quibuscumque in sua visitacione derectis, sub pena excommunicationis. Item injunctum est dicto abbati sub pena contemptus ut frater Thomas Ashton, suus predecessor, servientem habeat in monasterio de expensis monasterii, et canonicum secum pro servicio divino dicendo. Status istius monasterii in spiritualibus et temporalibus, in bonis et debitis, in indenturis inde confectis et bipartitis in creacione novi abbatis, remanet cum domino visitatore et commissario abbatis Lisquensis, hac vice patris abbatis dicti monasterii de Neuhouse, altera parte cum abbate istius monasterii remanente. Item injunximus abbati, in virtute salutaris obediencie, ut paterno affectu et compassione ministret victualia fratri Johanni Barton; et ut jocalia, pecunie monumenta, et sigillum commune, sub tribus clavibus conserventur, earum una remanebit cum abbate, secunda cum priore, tercia cum sacrista; et ut fratres observent silencium locis debitis, sub pena statuti, sine aliqua remissione. Nulla alia comperimus corrigenda seu [genera]li Capitulo referenda. Datum etc.

522. Resignation of an Abbot of Newhouse. **No date: circa 1478.**

Thomas Ashton, abbot of Newhouse, places his resignation in the hands of Thomas Wilkinson, abbot of Welbeck.

(*See Vol. I., No.* 70.)

14 May, 1478. **523. Bishop Redman to Abbot of Newhouse.**

The bishop informs the abbot that the daughter house of Alnwick is now vacant, and reminds him of his duty in regard to the election of a successor. If he fails the bishop must see to the matter.

(*See Vol. I., No. 53.*)

3 June, 1478. **524. Resignation of Thomas Ashton, Abbot of Newhouse.**

Fratris Thome Aschton, Abbatis, Resignatio.

P. fol. 50. (Reg. Prem. f. 118 a.)

In Dei nomine, Amen. Ego frater Thomas Aschton, abbas istius monasterii de Neuhouse, Premonstratensis Ordinis, Lincolniensis diocesis, cura mea in hac parte affectans exonerari; curam, prelaciam, et regimen dicti monasterii voluntarie ac certa scientia ex nunc cedo; et dignitatem, possessionem et locum quem et quas habui et tenui in isto monasterio de Neuhouse, tanquam abbas ejusdem, et omne jus et titulum michi aliqualiter debita in eodem vel in posterum debenda, in temporalibus vel in spiritualibus, in sacras manus vestras, reverende pater domine Ricarde Assavensis episcope, abbas de Schappa, et reverendissimi patris nostri Premonstratensis abbatis commissarie generalis, pure, sponte, simpliciter et absolute, re et verbo, cum omni juris effectu, resigno, et in his scriptis renuncio, sigillum officii mei vobis tradendo in signum resignationis et renuntiationis mearum predictarum; vobis humiliter supplicans et devote quatenus istas meas cessionem et resignationem et renuntiationem, vice et nomine reverendissimi patris nostri Premonstratensis abbatis, velitis admittere; meque a cura, regimine, dignitate, possessione, et jure mee prelacie dicti monasterii, et ab administratione ejusdem penitus absolventes, et hanc ecclesiam auctoritate vestra ad presens fore vacantem [declarare].

525. Reception of the Resignation of the Abbot of Newhouse by Bishop Redman. 3 June, 1478.

RESIGNATIONIS EJUSDEM, PER D. RICARDUM REDMAN, EPISCOPUM ASAVENSEM, ETC., ADMISSIO.

In Dei nomine, Amen. Nos Ricardus etc. tuas, frater Thoma, cessionem, resignationem et renuntiationem prelacie istius monasterii, vice et auctoritate prefati patris, admittimus; et te ab omni onere, cura et regimine istius monasterii exoneramus et absolvimus in hiis scriptis: et istam ecclesiam nunc fore vacantem [declaramus]. P. fol. 50 b.

526. Election of John Swyfte, Abbot of Beauchief, as Abbot of Newhouse. 3 June, 1478. (See also Vol. I., No. 56.)

The election was 'per viam compromissi,' *and the electors were given from* 10 *to* 12 *o'clock to make up their minds.*

Domini Johannis Swyfte, abbatis de Bello Capite in abbatem de Newhouse per viam compromissi, electio et translatio.

Universis Matris Ecclesie filiis presentes literas inspecturis, Ricardus, permissione divina, Asavensis episcopus, abbas de Schappa, et reverendissimi in Christo patris et domini Huberti Premonstratensis abbatis commissarius generalis, salutem et notitiam veritatis. P. fol. 51. (Reg. Prem. f. 120 b.)

Nuper vacante ecclesia de Newhows, per cessionem, resignationem et renuntiationem spontaneam fratris Thome Aschton, abbatis ejusdem ecclesie, pure et simpliciter in manibus nostris factas:

nos, ne ipsa ecclesia pastoris solatio destituta, in spiritualibus aut temporalibus gravia dispendia pateretur, assignavimus priori et fratribus dicte ecclesie sic vacantis, diem electionis novi abbatis faciende, viz.: iij. diem mensis Junii, A.D. M.CCCC.LXXVIII., nullis dicte ecclesie professis absentibus.

Missa de Spiritu Sancto celebrata (assumpto nobiscum venera-

bili confratre nostro magistro Willielmum Lincoln, in decretis bacallario, abbate de Barlyngs) in domo capitulari ipsius ecclesie monuimus, ut omnes et singuli excommunicati, suspensi et interdicti (si qui essent) capitulum exirent, alios libere eligere permittentes; protestando expresse, quod intentionis nostre seu fratrum ecclesie supradicte, in presentia talium, ad electionem novi abbatis [non est] quocunque modo procedere.

Et, lecto capitulo statutorum nostri Ordinis de electionibus; invocata prius Spiritus Sancti gratia; tandem placuit conventui ejusdem ecclesie sic vacantis, de pastore futuro per viam compromissi providere; [et] nullo penitus discordante, dederunt fratribus Thome Aschton, Thome Halton, priori, Thome Tatirsall, Johanni Barton, Roberto Yorke, Roberto Kyrnyngton, Thome Hull, Roberto Beverlay seniori, Roberto Beverlay juniori, canonicis et confra-
f. 51 b. tribus ecclesie || supradicte, plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale, infra tempus eis limitatum (scilicet ab hora decima usque ad horam duodecimam predicte diei) eligendi novum abbatem, de seipsis aut aliis ecclesie supradicte fratribus, seu aliis quibuscunque nostri Ordinis, prout eis et ecclesie sue magis expediens videretur; ita tamen quod, postquam de persona idonea fuerint concordes, unus ipsorum, de mandato aliorum, vice sua et ipsorum ac totius capituli, personam illam eligeret; [cui] in communi promiserunt bona fide universi et singuli, quod ipsum reciperent in abbatem et pastorem quem ipse duxerit eligendum.

Dicti vero compromissarii dictam potestatem eis traditam acceptantes, et postmodum loco secreto divertentes, post diversos tractatus multiplicium personarum, venerabilem patrem abbatem Johannem Swyfte, abbatem de Bello Capite, virum utique providum et discretum, in spiritualibus et temporalibus laudabiliter circumspectum, vita et moribus plurimum commendatum, scientem etiam et volentem jura ecclesie sue tueri, vota sua direxerunt, elegerunt et postulaverunt; et ante horam eis assignatam, frater Thomas Halton, prior, unus commissariorum predictorum, vice sua et sociorum suorum ac totius capituli, venerabilem predictum patrem abbatem,

D. Johannem Swyfte, abbatem de Bello Capite, abbatem et pastorem ecclesie supradicte elegit, providit et nominavit; supplicavitque nobis humiliter et devote, ut dictas electionem et postulationem, sic rite et canonice celebratas, tam auctoritate domini Premonstrati quam auctoritate paterna qua plenarie fungimur vice et commissione venerabilis confratris nostri [abbatis] Lisquensis, patris abbatis dicti monasterii de Newhouse, [nobis] hac vice commissis et in pleno capitulo prelectis, ratificare, approbare, confirmare, et transferre dignaremur:

Nos vero (dicti electi et postulati consensu petito et primitus obtento) dictas electionem et postulationem et personam electam
|| diligenter examinantes, canonice factas, laudamus, approbamus, f. 52.
et tenore presentium confirmamus; et translationem dicti electi, auctoritate patris nostri Premonstratensis, admittimus.

Quibus peractis, omnes una voce *Te Deum laudamus* cantarunt; et ipsum electum translatum et confirmatum (ut moris est) ad ecclesiam deportaverunt; [ubi] in possessionem dicte ecclesie induximus corporalem, cordas campanarum in manibus suis tradendo, et, ipso installato,

iterato ad capitulum fratribus reversis, obedientiam sibi manualem fecerunt, per nos ibi tradito sigillo administrationis sue.

527. General Answer to Visitation Questions at Newhouse. 3 June, 1478

P. fol. 49. (Reg. Prem. f. 117 a.)

Cenobium de Newhouse, sive Newsom,
in [comitatu et]
diocesi Lincolnie;
anno Domini M.C.XLIII.
[a Petro de Gousla] fundatum est;
in honore S. Martialis.
Abbas Lisquensis est pater abbas.

Cenobia de S. Agatha, Welbek, Barlynges, Sulby sive Welforde, Croxton, Bylegh sive Meldone, Alnewyk, Newbo, Tupholme, Dale et Coverham sunt filie de Newhouse.

Septem ecclesias habet, quarum
duo canonici sunt vicarii perpetui instituti.
Dominus Henricus Wentworth fundator est [sive patronus].
Frater Thomas Aschton abbas nunc est.

1478. **528. Names of the Community at Newhouse.**

NEUHOUS.

A. fol. 19. Dominus Henricus Wentworth fundator dicti monasterii. Abbas Lisquensis est pater abbas. Septem ecclesias habet, quarum ii. canonici sunt vicarii perpetuo instituti. Fundatum erat dictum monastèrium in honore Sancti Marcialis patroni, anno Domini M°. centesimo XLIII°.

Dominus Johannes Swyft, abbas.
Thomas Halton, prior.
Thomas Tatyrsall, supprior.
Johannes Limber, magister de Brodholm.
Johannes Barton, persona de Brokylsby.[1]
Robertus York.
Robertus Laverok.
Robertus Kyrnyngton, sacrista.
Thomas Hull, vicarius de Kyrnyngton.[2]
Johannes Hull.
Robertus Beverlay, senior.
Robertus Beverlay, junior.
Gylbertus Egleston.
Thomas Ulcesby.
Robertus Baro.
Willelmus York.
Thomas Sledmer } Novicii.
Thomas Haburgh }

4 June, 1478. **529. Pensions granted from Newhouse.**

Richard Swyft the abbot, and convent, grant two pensions during the life of the late abbot Thomas Ashton.

(*See Vol. I., No. 57.*)

[1] *I.e.* Brocklesby, Lincoln, seven miles from Caistor.
[2] *I.e.* Kirmington, Lincoln, seven miles from Brigg.

530. Licence granted by Bishop Redman to a Canon of Newhouse. 10 June, 1478.

On account of the merits of Robert Beverley, one of the canons, the bishop grants him freedom from any jurisdiction save the bishop's, with the right to obtain rentals and choose his own confessor.

(*See Vol. I. No.* 58.)

531. Licence to Robert Beverley, Canon of Newhouse. 10 June, 1478.

Bishop Redman gives the above leave to minister in a benefice and to make choice of his confessor.

Roberto Beverley seniori ut in aliquo beneficio, cum vel sine cura, ministrare, necnon confessorem idoneum, regularem sive secularem, eligere sibi possit, per antedictum Ricardum, episcopum Asavensem etc., licentia. P. fol. 54. (Reg. Prem. f. 67.)

Ricardus, permissione divina, Assavensis episcopus etc., dilecto nobis in Christo Roberto Beverley seniori, canonico de Newhouse, salutem et paternalem amplecti favorem.

Tua laudabilis conversatio vite et morum honestas, quibus personam tuam dinoscimus insignitam, nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales; ut, nostra auctoritate et licentia speciali, impetrare et recipere possis aliquod beneficium cum cura vel sine cura, aut aliquod annuale servicium vel cantariam, aut trentalia, vel aliquacunque officia vel servitia sacerdotalia: et in eisdem ministrare in locis debitis et honestis, a quibuscunque personis honestis tibi conferendis, per presentes plenariam concedimus licentiam ad terminum vite tue; dummodo sic honeste conversationis, opinionis illese et bone fame, et te conserves in habitu tuo, et nostram subeas jurisdictionem, correctionem, et regularem disciplinam, ac nostris firmiter obedire mandatis, ab omni jurisdictione et correctione alterius cujuscunque nostri Ordinis, prelati vel subditi, te totaliter exonerantes, donec a nobis aliud habueris in mandatis.

Et ut eligere possis confessorem ydoneum, secularem vel regularem, qui tuas confessiones audire, et te potest absolvere toties quoties tibi fuerit oportunum, auctoritate nostra plenissima tibi

concedimus facultatem, contradictoribus nostri Ordinis (si qui fuerint) silentium perpetuum imponendo.

Datum in monasterio de Newhowsse, x. die mensis Junii, anno Domini M.CCCC.LXXVIII.

25 July, 1482. **532. Visitation of Newhouse.**

Bishop Redman finds one canon guilty of apostasy and incontinence. He had been excommunicated, but as he did not appear, the bishop solemnly excommunicates him again. No one is to speak without leave in the Chapter; or to go out without companions. Silence is enjoined as the key of all religious life.

VISITACIO MONASTERII DE NEUHOUSE.

A. fol. 29. Anno Domini MCCCCLXXXII., XXV. die mensis Julii, Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium de Neuhouse, nostri Ordinis, Lincolniensis diocesis; ubi comperimus quendam fratrem Thomam Ulceby, pro suis apostasia et incontinencia, a suo proprio prelato excommunicatum, quem eciam legitime citatum et minime coram nobis comparentem, iterum auctoritate domini Premonstratensis abbatis excommunicavimus, et excommunicatum in hiis scriptis declaravimus, cum omnibus suis fautoribus aut sibi consencientibus. Injunximus priori et suppriori ut omnino aliquem non permittant loqui in capitulo, in sua proclamacione, nisi ad interrogata et culpam suam vel alterius dicendo, ut nostris continetur statutis; et delinquentibus injungat unum diem in pane et aqua, sine aliqua remissione imponendum. Et cum aliquam dederit eis licenciam [exeundi] non eant nisi ad minus duo vel tres, ut si aliquis ceciderit, habeat subvenientem.[1] Potaciones post completorium omnino interdicimus districtissime. Et absentes ab hora matutinali, precipimus priori quatinus debite corrigat et puniat, pena sine remissione predicta. Insuper eciam silencium, nostre religionis clavem, firmiter observari precipimus ab omnibus sub pena nostris in statutis inde debita. Et omnes ibidem capitulantes ab omnibus sentenciis juris et ordinis, quantum in nobis est, absolvimus injun-

[1] MS. has *subsenantem*.

gentes unicuique vii. psalmos penitenciales, cum litania. Alia ad presens non invenimus corrigenda seu Capitulo generali referenda, sed capud et membra sunt. Deo inde gratias agentes, cum caritatis fervore connexa. Item vestiario, districte precipiendo, mandavimus quatinus, omni dilacione postposita, distribuet unicuique fratrum suorum in monasterio celebrancium, pro sua vestura xx^{s}, ad duos anni terminos absque dilacione. In ultima visitacione debuit dictum monasterium xl. li., in presenti vero lx. li., quia debita, propter multas tribulaciones et inimicorum insidias, non potuit minorari. In granis nil ex provisione stauratum.

533. Names of the Community of Newhouse. 1482.

Nomina Confratrum et Canonicorum Monasterii de Nechouse.

Dominus Johannes Swyfftt, abbas ejusdem. A. fol. 44 b.
Frater Thomas Halton, prior.
„ Robertus Yorke, supprior.
„ Johannes Lymber.
„ Johannes Barton, rector de Broklesby.
„ Robertus Kyrnington, sacrista.
„ Johannes Hull.
„ Thomas Hull, vicarius de Kyrnyngton.
„ Robertus Beverley senior, cellerarius.
„ Robertus Beverley junior.
Frater Thomas Tatyrsall.
„ Gilbertus Egliston, circator.
„ [Thomas] Ulcesby, apostata.
„ Robertus Barowe, subcellerarius.
„ Wyllelmus Yorke. f. 45.
„ Ricardus Hertyll.
„ Thomas Sledmer.
„ Thomas Haburgh.
„ Wyllelmus Sandall } Novicii.
„ [Joannes] Dowram }
„ Thomas Hull }

31 May, 1488. **534. Visitation at Newhouse and Names of the Community.**

The prior is found to be too old for his office, and Bishop Redman appoints another. The sacristan is also changed. Four of the canons are punished for going out without permission at forbidden times and frequenting taverns. Other corrections the Bishop has suggested to the abbot.

NOMINA CONFRATRUM MONASTERII DE NEUHOUS.

A. fol. 69.

Dominus Johannes Suyfte, abbas.

Sacerdotes.
- Frater Gylbertus Egliston prior.
- ,, Thomas Halton, supprior.
- ,, Robertus Hude.
- ,, Robertus Beverley.
- ,, Thomas Tatirsall.
- ,, Robertus Barrow, subcellerarius.
- ,, Thomas Ulcesby, circator.
- Frater Willelmus Yorke, cantor.
- ,, Thomas Haburth, capellanus.
- ,, Willelmus Sandall, cellerarius.
- ,, Johannes Dorham, succentor.
- ,, Thomas Hull, subsacrista.

Sacerdotes.

- ,, Jacobus Grymsby, novicius.

Et in hoc monasterio expendunt per xiiii. dies in frumento v. quarternaria, et totidem brasii, xl. boves et vaccas, et c. oves.

VISITACIO MONASTERII DE NEUHOUS.

Anno Domini millesimo CCCCLXXXVIII., ultimo die mensis Maii, Nos Ricardus etc., assumpto etiam nobiscum dilecto nobis in Christo, fratre Roberto Bedall, canonico et priore dicti nostri monasterii de Schappe, visitavimus monasterium de Newhous, nostri Ordinis, Lincolniensis diocesis; ubi comperimus Gylbertum Egliston, ejusdem monasterii priorem, diversis manifestisque egritudinibus confractum, ita quod curam sibi creditam, prout tenetur, perficere nequiret; quare ab officio eum absolvimus, injungentes fratri Roberto Beverley dicti prioratus officium, cui districte precipimus

quatinus solicitus sit astringere fratres ad divina servicia die ac nocte, vigileteque super necligencias fratrum, ut nil quovismodo remaneat inpunitum. Thomam eciam Halton absolvimus ab officio sacriste, quod injunximus Thome Ulcesby. Comperimus eciam fratres Johannem Durham, Thomam Hull, Jacobum Grymsby et Willelmum Barlinge, ex diversis necligenciis detectos, foris ante primam et post completorium exeundo, et ubique locorum discurrendo, nulla licencia prius petita, || tabernasque frequentando, ad f. 70.
matutinas cum fratribus sepius non consurgendo. Qui inde proclamati, talia se perpetrasse ingemuerunt, et quasi canis ad vomitum iterum non recidivare lamentabiliter promiserunt. Et quia penitentia eisdem pro hujusmodi offensis injuncta per prius non erat condigna, tamen melioris vite conversacionem eorundem existimantes, ex gracia speciali nostra eos dimisimus, injungentes cuilibet predictorum integrum psalterium infra septimanam dicendum. Insuper eisdem precipue et omnibus ejusdem monasterii confratribus, sub pena maximi contemptus et xl. dierum gravioris culpe, emissionisque per septennium, ne iterum talia committant, videlicet ne extra[1] septa monasterii sine licencia et locis debitis ab abbate, commedant aut bibant, vel tabernas ut prefertur frequentent, aut tempore minucionis infra tria miliaria, secundum nostri Ordinis statuta, neque commedant aut bibant, simulque cum presidente exeant pariterque regrediantur, nusquam aliter divertentes. Silencium eciam iiii^or locis debitis melius observari precipimus, sub pena statuti, sine aliqua remissione, injungenda, et ut omnibus horis tam diei quam noctis debite omnes intersint et in processione conveniant. Alia in presenti refor[illegible]mavimus visitacione, et reformanda ex parte abbatis decrevimus et precipimus, que hic inseri longum esse invenimus.[2] Sed prefato domino abbati, in virtute salutaris obediencie, precipimus quatinus premissa fideliter observari procuret, et superbe gradientes, et contra statuta nostri religionis attemptantes, districte corrigat, et incorrigibiles in hoc ad nos transmittere faciat. Festum eciam Sancte Margarete ut festum duplex annuatim

[1] MS. has *infra*.

[2] MS. has *procuravimus*.

solempniter observari precipimus. Status vero hujus monasterii, tam in animalibus quam ovibus et universis granis, laudabiliter, prefati abbatis providencia, considerata ejus maxima tribulacione nuper sibi illata, exstat stauratum. Et in ultima visitacione debuit xl. li., nunc vero xxx. li. Datum etc.

18 August, 1491.

535. Visitation at Newhouse.

Bishop Redman declares one of the canons for the third time an apostate. One other canon and a nun of Irford are excommunicated. The prior and another, on account of age and infirmity, are excused from the duties of hebdomadarian. The community and their abbot work well together.

Visitacio Monasterii de Neuhous.

A. fol. 94. Anno Domini millesimo CCCCLXXXXI., xviii. die mensis Augusti, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum, ut supra etc., visitavimus monasterium de Neushus, nostri Ordinis Premonstratensis, Lincolniensis diocesis; ubi Thomam Ulsbey, ter apostatam, et Jacobum Grymsby, necnon monialem de Yrford vocatam Marjoriam Buke, similiter semel apostatas comperimus, quos pronunciavimus excommunicatos et a liminibus sacrosancte matris ecclesie sequestratos, donec resipiscunt et ad misericordiam nostre religionis redierunt. Et quia ex regule Sancti Augustini precepto, quo tenemur, maxime astringimur consolare pusillanimes, suscipere infirmos, quare fratrem Robertum Beverley, priorem dicti monasterii, suis meritis digne id exigentibus, ac diversis racionabilibus causis nos multipliciter moventibus, a cura ebdomadarii deinceps exoneravimus, sed tantum duplicibus, quibus abbas commode non potuerit implere procuret. Necnon eciam Gylbertum Egliston, ob suas multiplices infirmitates, nobis diversimodo ostensas et non ficte cognitas, a dicta cura ebdomadarii, qua ceteri sui fratres in
f. 49. tabula || secundum consuetudinem adscribuntur, et a regimine chori exoneravimus. Attamen volumus quod matutinalem missam cotidie celebret, nisi forte infirmitate aliqua seu necessitate vexatus sive

occupatus perficere nequiverit vel alias; insuper decrevimus, quod cum potuerit quandam curam antiquitus usitatam vocatam opus adimplere non recuset, in infirmitorioque jaceat, sed cum fratribus, si quovismodo potuerit, edens et bibens sedeat. Attamen domino abbati injunximus quatenus predictis non contradicat, ita dumtaxat si inde scandalum de concursu virorum sive mulierum non oriretur. Et quantum ad ceteras regulares nostre religionis observancias, secundum nostri Ordinis constituciones reformandas, discrecioni abbatis et prioris in melius de cetero relinquimus utendas. Nec plura ibidem comperimus, sed quod fratres prelato filiali obediencia et ipse paternali amore sibi invicem plectuntur. Status monasterii est quod debita non excedunt xii. li.; in granis et omnibus aliis satis sufficienter provisum. Datum etc.

536. Names of the Community of Newhouse. 1491.

NOMINA CONFRATRUM MONASTERII DE NEUHOUS.

A. fol. 113.

Dominus Johannes Swyft, abbas.

Sacerdotes:
- Frater Robertus Beverley, prior.
- „ Thomas Haltone, supprior.
- „ Thomas Hulle, vicarius de Kyrmyngtone.
- „ Robertus Beverley junior.
- „ Thomas Tatyrsalle.
- „ Gylbertus Eglistone.
- „ Robertus Barowe.

Sacerdotes:
- Frater Thomas Haburghe.
- „ Willelmus Sandalle.
- „ Johannes Durham.
- „ Thomas Hulle junior.
- „ Willelmus Fulwell.

Novicii:
- „ Ricardus Bedalle.
- „ Robertus Esyngtone.
- „ Jacobus Grymsby, in apostasia.
- „ Johannes Hedone.
- „ Edmundus Pykryne.
- „ Thomas Ulsby, ter apostata, prout nunc est.

23 Sept., 1494. **537. Visitation of Newhouse.**

Bishop Redman did not have any complaints. He, however, saw things to be corrected. For making mistakes in the office and Mass he punishes two canons. He speaks to another about the style of his clothes and blames the use of slippers. He orders the abbot to make a change in the cellarer; or if he wants to keep him, to give his benefice to some other canon. The proper custom for singing the office of the dead is to be observed.

Visitacio Monasterii de Neuhous.

A. fol. 127. Anno Domini M°CCCCLXXXXIIII., xxiii. die mensis Septembris, Nos Ricardus etc., assumpto nobis etiam predilecto confratre nostro, Roberto Bedalle, canonico et professo nostri monasterii predicti de Schappare, visitavimus monasterium de Neuhous, nostri Ordinis Premonstratensis, Lincolniensis diocesis. Et quamvis ibidem ex deposicionibus fratrum pauca audivimus, tamen plura emendanda ocularitер conspeximus, sub forma qua infertur etc. Fratri itaque Johanni Hedone, pro defectu in choro ad vesperas in memoriis coram nobis prostrato, et quia culpam suam propria satisfaccione minime recognoscebat, digna sibi adjungitur disciplina, cum uno nocturno Psalterii Davidis, in claustro eodem die dicendo. Eadem autem penitencia fratri [*name not given*], pro defectu in epistola, a nobis est injuncta. Robertus Barow, coram nobis eciam proclamatus, eo quod amictu suo sub capa carebat: cui tres psalmi, omissa disciplina, injuncti [sunt].[1] Omnibus ibidem existentibus districte, sub pena contemptus, precipimus quatenus semper, intus et extra, amictibus utantur, quod si aliquis de cetero in hoc deliquerit, proximam in pane et aqua diem sustineat. Willelmum Sandalle insuper impetivimus super curiositate vestimentorum, eidem districte precipiendo et in Domino eundem exhortando, quatenus religiose vestimentis incedat, illos volubiles sotulares, vocatos *slyppers*, de cetero dimittendo. Quos quidem inhibemus, sub

[1] MS. has *tribus psalmis . . . injunctis.*

pena excommunicacionis: et flameolis fratres de cetero minime utantur utroque humero dependentibus, sub pena contemptus, in quibus nimia ostenditur curiositas, nulla inde necessitate cogente. Insuper domino abbati districte mandamus quatenus infra proximum provinciale Capitulum provideat sibi cellerarium canonicum vel secularem: hoc suum duximus ad arbitrium relinquendum. Aut si dicto abbati suo quoque cellerario utrique illorum parti placeat dictum officium excercere, tunc precipimus quoad supra, ut beneficium, dicto cellerario collatum, altero canonico tradat, eo quod nostro in Ordine inconsuetum novimus beneficiatum curam ejusdem dimittere et cellerarii officium exercere. Precipimus ulterius, sub pena excommunicacionis majoris, quatenus omnibus anni temporibus, circa noctis medium, matutine deinceps cantentur: illa in contrarium antiqua abusione omnino spreta et deleta. Mandamus insuper districte, quatenus vigilie mortuorum semper in choro cantentur, tribus in statutis causis inde editis solummodo demptis, quod si predictis contigerit causis unanimiter dici nunquam in choro sed in claustro vel ubi labor || acciderit f. 127 b. dicentur. Omnia et singula premissa domino abbati districte precipiendo mandamus quatenus diligenter faciat observari, sub pena contemptus. Cetera vero perfectiori modo sunt perpetrata intus et extra, in tantum quod dicta ecclesia onere debitorum plusquam summam xx. marcarum non exstat onustata. In granis, animalibus, ceterisque necessariis, habundantissime provisa. Datum etc.

1494. **538. Names of the Community of Newhouse.**

NOMINA FRATRUM MONASTERII DE NEUHOUS.

A. fol. 119. Dominus Johannes Swyft, abbas.
Frater Robertus Beverley, prior.
,, Thomas Haltone, supprior.
f. 119 b. ,, Thomas Hulle, vicarius de Kyrnygtone.
,, Thomas Tatursalle.
Frater Robertus Barow.
,, Thomas Haburghe.
,, Willelmus Sandalle.
,, Johannes Durham.
,, Thomas Hulle.
,, Jacobus Grymysby.
,, Ricardus Bedalle.

6 Sept., 1497. **539. Visitation at Newhouse and Names of the Community.**

Bishop Redman created a new abbot of Newhouse, William Sandale. He does not register anything to be corrected. The house is poor, but the debts are not sufficiently known.

NOMINA CONFRATRUM MONASTERII DE NEUHOUS.

A. fol. 134 b. Dominus Willelmus Sawndalle, abbas de novo creatus.
Frater Robertus Beverley, prior.
,, Thomas Haltone, supprior.
,, Thomas Hulle, vicarius.
,, Robertus Beverley.
,, Thomas Tatarsalle.
,, Gilbertus Eglistone.
,, Robertus Barow.
,, Thomas Haburgh.
Frater Johannes Durham.
,, Thomas Hulle.
,, Jacobus Grymsby.
,, Ricardus Bedalle.
,, Robertus Esingtone.
,, Johannes Burkys.
,, Willelmus Farley.
,, Thomas Kyrnyngtone.
,, Edmundus [Pykerynge].
,, Cristoferus [Fencotte.]

Anno Domini MCCCCLXXXXVII., die vero mensis Septembris vi^to^, Nos Ricardus etc., assumpto etc., visitavimus monasterium de Neuhous; ubi novum ibidem creavimus abbatem. Alia inquisicione ibidem facta, non comperimus corrigenda, tamen dicta

ecclesia penuria granorum existat depauperata, pariterque animalium restat provisa. Debita nondum noscuntur. Datum.

540. Visitation at Newhouse and List of the Community. **14 November, 1500.**

The canons are charged to work willingly, at the will of the abbot, at harvest and other times. The abbot and community are prohibited from granting annuities for life or for any long period, as contrary to the decrees.

NOMINA FRATRUM MONASTERII DE NEUHOUS.

A. fol. 155.

Dominus Willelmus Sawndalle, abbas.
Frater Ricardus Bedalle, prior.
„ Johannes Hedone, supprior.
„ Thomas Haltone.
„ Thomas Tatyrsalle.
„ Robertus Barowe.
Frater Thomas Haburgh.
„ Johannes Durham.
„ Jacobus Grymsby.
„ Robertus Esyngtone.
„ Willelmus Northfolke.
„ Edmundus Pykrynge.
„ Cristoferus Fencotte.
„ Thomas Kyrnyngtone.

VISITACIO EJUSDEM.

Anno Domini MD., xiiii. die mensis Novembris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum predilecto confratre nostro, Roberto Bedalle, canonico, ut supra, visitavimus monasterium de Neuhous, nostri Ordinis Premonstratensis, Lincolniensis diocesis; ubi fratribus omnibus et singulis precipimus, quatenus tempore feni et messis, ceterisque anni temporibus, ad preceptum abbatis, sine murmure debite laborent. Psalmodiamque distinctius, tamen viva voce, percantent. Et cum in plerisque nostri Ordinis monasteriis plurima evenerunt dampna, prout experiencia sepius nobis manifestavit, non solum in temporalibus verum eciam in maximum animarum dampnum, non attendentes ad statuta, per que contra attemptantes incurrant in sentenciam excommunicacionis, suspensionis et interdicti, sicuti lucidius continetur capitulo, *Cum*

per vendiciones : quapropter domino abbati ceterisque suis confratribus, tam intus quam extra, districtissime inhibemus, sub premissis penis in prefato statuto contentis, ne de cetero aliquas pensiones annuas, feoda, sive alios redditus quocunque nomine censeantur ad vitam alicujus, vel ad plures annos presumant se obligare, seu in detrimentum monasterii quovismodo concedere. In aliquo premissorum contra attemptare presumentes discernimus omni honore sue dignitatis suspensos. Debita hujus monasterii extendunt ad summam xl. li. In omnimodis generibus granorum atque animalium satis sufficienter comperimus provisum. Datum etc.

13 October, 1503.

541. Visitation of Newhouse and List of the Community.

Bishop Redman finds all things in an excellent state. He is astonished at the buildings the abbot has been enabled to put up, and thanks God that Newhouse is so well provided with temporal goods.

Nomina Confratrum de Newhouse.[1]

A. fol. 160 b.

Dominus Willelmus Sandalle, abbas.
Frater Ricardus Bedall, prior.
„ Johannes Hedone, subprior.
„ Robertus Barow.
„ Thomas Haburghe, vicarius de Halton.
„ Johannes Dorhame.
„ Jacobus Grymsby.
„ Robertus Essyngtone.
„ Edmundus Pykarynge.
Frater Thomas Kyrryngton.
„ Ricardus Watton, subdiaconus.
„ Robertus Walkyngton, subdiaconus.
„ Johannes Halton, subdiaconus.
„ Thomas Roderam.
„ Thomas Bedalle.
„ Thomas Ellythton.
„ Robertus Ferybe.

[1] In MS. *New shame.*

Visitacio ejusdem.

Anno Domini millesimo quingentesimo iii°. xiii. vero die mensis Octobris, Nos Ricardus, permissione divina Eliensis episcopus, abbas monasterii Beate Marie Magdalensis de Schappra. Ordinis Premonstratensis. Karliolensis diocesis, Reverendissimi in Christo patris et domini domini Johannis, Dei et Sancte Sedis Apostolice gracia, Premonstratensis abbatis. tocius Anglie, Wallie. Scocie et Hibernie visitator et reformator unicus et generalis, plenissima potestate legitime et literatorie sufficienter deputatus. assumpto nobiscum dilecto filio nostro. Magistro Thoma Lucas in decretis bacalario. canonico et sacerdote. nostri antedicti monasterii. visitavimus monasterium de Newhous, nostri Ordinis Premonstratensis. Lincolniensis diocesis ; ubi venerabilem comperimus patrem cum suis subditis benignum et discretum. cujus preceptis subditi humiliter obediunt filiali cum dilectione. Et a nobis edificacionibus per eum factis conspectis, non minus quam novum fundatorem reputare possumus. Et quia intus meritorum refulget virtutibus religionisque observanciis, ideo uberiorem contulit eisdem Deus graciam, ut pre ceteris nostri Ordinis monasteriis, temporalibus, tam granis quam animalibus, omnibusque aliis habundant necessariis. Debita vero hujus monasterii extendunt quasi ad summam xl. li. In omnimodis generibus granorum atque animalium satis et sufficienter comperimus provisum. Datum sub sigillo.

XXVI. ST. RADEGUNDE'S *or* BRADSOLE.

The abbey of St. Radegunde or Bradsole, in the county of Kent and the diocese of Canterbury, was founded in A.D. 1193 directly from Prémontré. The names of its abbots which are known are the following :

1193.	Hugh, 1st abbot (*Monast.* vi. 940).
1221 (oc.).	Richard (*Bibl. Topog. Brit.* i. 452).
1240–1269 (oc.).	Henry ,, ,,
1272–1279.	John (*Dep. Keeper's Rept.* vi., App. II., p. 92, No. 1166).
1303–1312 (oc.).	William (*Monast.* vi. 940; No. 25).
1316.	Robert (*Monast.* vi. 940).
1317 (oc.).	William ,,
1325–1328 (oc.).	Robert (*Cal. Rot. Claus.* 19 Ed. II., p. 511).
1328.	Gilbert (*Monast.* vi. 940).
1345.	Henry de S. (resigned) (No. 542).
1345.	'R.' John (el.) (No. 542).
1393 *ante.*	Richard (deposed) (*Cal. Papal Lett.* iv. 463).
1393 *ante.*	Clement ,,
1393 (oc).	John Strete (intruded) ,,
1444.	William (Early Chancery Proc., Bd. xv., No. 169).
1464 (oc.).	Thomas (Chancery Warrants, File 1763).
1471–1475. (oc.).	Ingelram Francys (Nos. 554, 549; *Cal. Rot. Pat.* 12 Ed. IV., p. 352).
1488 (ob.).	Henry (No. 549).
1488 (oc.).	John Hey (No. 550).
1491–1500.	John Newington (Nos. 552, 556).
1522.	William (*Monast.* vi. 940).
1531–1536.	Thomas Dale (Cott. Ch. xxv. 41 : *Valor Eccl.* i. 95).

542. Election at St. Radegunde or Bradsole. 4 October, 1345.

The election was held by the abbot of Dale as vicar of the abbot of Prémontré and as abbot of the mother house. The late abbot had resigned, and the election was conducted per viam compromissi, *and resulted in the choice of one of the canons of the house, John R. The election was approved.*

FRATRIS JOHANNIS R., CANONICI S. RADEGUNDIS, IN ABBATEM ELECTIO.

Sancte Matris Ecclesie filiis universis,[1] frater W., Dei patientia, humilis abbas ecclesie de Dala, Ordinis Premonstratensis, Coventrie et Lichfeldie diocesis, reverendi patris D. Johannis D. g. abbatis Premonstratensis in partibus Anglie vicarius generalis et specialiter in suis filialibus ecclesiis ejusdem regni, ipsius habens plenitudinem potestatis, salutem in Domino. P. fol. 130. (Reg. Prem. f. 36 b.)

Cum nos ecclesiam S. Radegunde, ejusdem Ordinis nostri, Cantuarie diocesis, ecclesie Premonstratensis specialem filiam, per cessionem fratris Henrici de S. ejusdem ecclesie nuper abbatis, certis quibuscunque causis legitimis subsistentibus, coram nobis sponte factam, vacantem; priori et conventui ejusdem ecclesie, sic vacantis, diem electionis futuri abbatis inibi celebrande (quartum, viz., diem mensis Octobris, cum continuatione dierum, si opus fuerit) assignaverimus auctoritate predicta, ne ecclesia ipsa viduitatis sue incommoda diutius deploraret: omnes et singulos canonicos et confratres ejusdem ecclesie qui debuerant et potuerant commode interesse in ipsius [e]lectionis negotio, tam presentes quam absentes, ad eosdem diem et locum fecimus convocari:

Quibus omnibus et singulis die ipso coram nobis, una cum venerabili fratre abbate de Begham (ut nobis assideret in ea parte vocato specialiter), in loco capitulari dicte vacantis ecclesie sedentibus ad invicem congregatis; frater David de C. ipsius ecclesie

[1] MS. has *filius anwersis.*

canonicus, vice sua, prioris, et totius ejusdem conventus, ac de mandato eorundem sibi facto, monuit publice et expresse, ut omnes et singuli excommunicati, suspensi, vel interdicti (si qui essent) locum ipsum capitularem exirent et recederent, alios eligere libere permittentes; protestando expresse, quod intentione sua seu
†f. 130 b. fratrum ipsius ecclesie || non existeret in presentia talium ad electionem procedere, nec cum eisdem eligere quoquomodo vellent; quodque voces ipsorum (si qui tales reperiantur) nulli prestarent suffragium nec alicui nocumentum:

Statuto insuper de electione coram eisdem perlecto et exposito (ut moris est) habitoque tractatu inter eosdem per quam [viam] esset in hujus electionis negotio procedendum, viaque compromissi cum aliquali deliberatione per eosdem priorem et canonicos electa;

iidem canonici omnes et singuli, nullo penitus discordante, elegerunt fratrem Johannem de Stapeia et alios ejusdem ecclesie concanonicos; et in eosdem unanimiter compromiserunt et consenserunt, dantes eisdem plenam, generalem et liberam potestatem, ut ipsi, vice sua et totius ipsius conventus, unum de se ipsis ydoneum, seu aliis fratribus de ipsius aut alterius ecclesie Ordinis nostri gremio, in abbatem et pastorem ipsius ecclesie infra certum terminum eligerent et eidem providerent, prout eis et dicte ecclesie secundum Deum magis expediens videretur; ita tamen, quod, postquam major pars de compromissariis predictis concordes essent de persona ydonea in hac parte eligenda, unus ipsorum, de mandato eorundem, vice et ipsorum ac totius conventus, personam eligeret in communi et dicte ecclesie provideret de eadem; promiseruntque universi et singuli quod ipsum reciperent in abbatem et pastorem quem ipsi compromissarii vel eorum major pars, ut premittitur, duxerint eligendum.

Dicti vero compromissarii hujus potestatem eis traditam acceptantes, et in loco ab aliis separato ad [eam] partem secedentes, post diversos tractatus multiplicium personarum super hoc habitos, ut dixerunt; divina tamen favente gratia in fratrem Johannem R. predictum, canonicum ejusdem domus, presbiterum,

virum || utique providum et discretum, in spiritualibus et tem- f. 131.
poralibus plurimum circumspectum, de legitimo matrimonio procreatum, ac vita et moribus commendandum, vota sua concorditer direxerunt.

Unde frater David de C. supradictus, unus de compromissariis ipsis, infra tempus eis eligendi prefixum, vice sua et collegarum suorum predictorum ac de mandato eorundem, prefatum fratrem Johannem in abbatem dicte ecclesie publice elegit et pastorem; prout etiam de premissis liquidius constare poterit, per quedam super hiis confecta autentica instrumenta; supplicavitque, vice sua et totius conventus predicti tunc ibidem etiam presentis, humiliter et instanter, ut dictam electionem, sic rite et legitime factam, auctoritate nobis commissa, confirmare dignaremur.

Nos vero, consensu dicti electi petito primitus et optenta, dictam electionem et personam electam diligenter examinantes, nulloque vitio vel impedimento canonico in hac parte invento, et que in dicta examinatione invenimus in collegio ipso publicantes; proclamavimus, ut si quis contra ipsas electionem vel personam electam aliquid opponere vellet, termino competenti (quam ad hoc prefiximus) propositurus hujus compareret.

Nullo igitur oppositore in hac parte omnino comparente, nos eundem fratrem Johannem abbatem et pastorem dicte ecclesie rite, ut premittitur, electum, ac electionem ipsam canonice factam, secundum privilegia Ordinis nostri et statuta, de consensu et assensu coassessoris nostri predicti, reputantes; auctoritate D. Premonstratensis qua fungimur in hac parte, eosdem electum et electionem laudavimus, approbavimus, ratificavimus, et tenore presentium confirmavimus.

Quibus quidem et aliis omnibus que ad electionem et confirmationem hujus pertinebant peractis, omnes et singuli fratres || ipsius ecclesie easdem electionem et confirmationem sic rite †f. 131 b.
celebratas gratas habentes et acceptas, ipsum electum confirmatum ad ecclesiam deducendo *Te Deum laudamus* solemniter decantarunt.

Quo quidem decantato, eundem electum in possessionem ejusdem ecclesie regiminis, cordas campanarum eidem manibus tradendo, auctoritate premissa, induximus corporalem, ipsum in stallo abbatis deputato, more nostri Ordinis, installantes.

Nobis vero ac ejusdem ecclesie fratribus omnibus ad capitularem locum iterato reversis, singuli dicte ecclesie fratres et professi dicto electo, sic per nos confirmato et installato, obedientiam fecerunt manualem.

In quorum omnium testimonium atque fidem sigillum nostrum, una cum sigillo venerabilis fratris abbatis de B. coassessoris nostri predicti, ac sigillo communi dicte ecclesie S. Radegundis, presentibus est appensum.

Datum in ecclesia S. Radegundis, etc.

5 October, 1345.

543. Provision made for the late Abbot of St. Radegunde.

He is to have a manor belonging to the monastery, with all furniture and a certain number of sheep and fowls. When he likes to reside in the monastery he is to have a room with all furniture, &c., which he has had as abbot. Ten marks a year are to be paid to him.

HENRICO NUPER ABBATI, PROVISIO ET PRIVILEGIA, PER ABBATEM NOVUM ET CONVENTUM CONCESSA.

P. fol. 132. (Reg. Prem. f. 37 a.)

In nomine Dei, Amen. Per hoc publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno ab Incarnatione ejusdem MCCCXLV., mensis Octobris die v. constitutis personaliter in monasterio S Radegundis reverendis ac religiosis viris, D.D. Johanne, W. B. etc., canonicis ejusdem ecclesie S. Radegundis, coram venerabili in Christo domino W., Dei gratia abbate monasterii de Dale, Ordinis Premonstratensis, reverendi patris D. Premonstratensis abbatis (dicte ecclesie S. Radegunde patris abbatis) in partibus Anglie vicario generali, et in suis filiabus ecclesiis ejusdem regni ipsius habenti plenitudinem potestatis et specialiter ad cessiones

abbatum ipsius Ordinis dicti regni cedere volentium, juxta ordinem ipsum admittendi, et cessantibus[1] providendi; ac venerabili patre D. Simone abbate de Begham secum in hac parte coassistente:

habitoque tractatu inter eosdem venerabiles patres de D. et Begham et religiosos predictos, super provisione quadam fratri H. ipsius ecclesie de S. Radegunda nuper abbati (cujus cessionem idem venerabilis pater generalis vicarius supradictus, ex causis, ut dicebat, legitimis nuper sponte factam, exigente justitia, admisit, auctoritate predicta), juxta ejusdem Ordinis instituta et indulta de bonis et facultatibus ecclesie ejusdem sepedicte facienda;

Supplicarunt eidem venerabili patri [et] D.D. abbati de D. omnes et singuli canonici dicte domus humiliter instantes, ut ipse provisionem pretactam, dicto H. (ut premittitur) faciendam || de ipsius f. 132 b.
ecclesie facultatibus, pro dispositione ejusdem venerabilis patris, illa vice sufficienter ordinaret; certasque et sufficientes portiones facultatum ipsarum eidem assignaret ab eodem suo [nuper abbate] perpetuo [et] irrevocabiliter possidendas, obligantes et etiam submittentes se universos et singulos et monasterium suum predictum in ea parte, pure, simpliciter, sponte, et absolute arbitrio, ordinationi, et diffinitioni ac etiam assignationi dicti D. vicarii generalis, et pro se suisque successoribus fideliter promittentes, eidem fratri H. ac ipsi venerabili patri predicto, se ratum habituros et firmum quicquid in premissis ordinatione, assignatione, et provisione duxerit arbitandrum.

Unde idem venerabilis pater vicarius supradictus, habito super hoc deliberatione et tractatu aliqualiter cum venerabili patre coassessore suo prenotato et aliis de conventu predicto; attentis, ut asseruit, ipsius ecclesie facultatibus atque statu domus ejusdem, meritis etiam dicti fratris H. et ipsius gestu laudabili, quibus ipse admodum ei profuit dum ejusdem regimini presidebat (prout ipsius rei exitus evidentissime comprobavit, ut dixit):

volens eidem fratri H. ob favorem religionis, qui prelatis ejusdem Ordinis, ex causis cedentibus legitimis et honestis, debetur

[1] MS. has *centibus*.

providere ; de consilio dicti assessoris sui, provisionem infra scriptam eidem fratri Henrico faciendam ordinavit, diffinivit et fecit auctoritate supradicta ; et subscriptas portiones eidem assignavit ad totum tempus vite sue integraliter possidendas, absque contradictione et inquietatione qualitercunque.

Inprimis viz. voluit et ordinavit, quod idem frater Henricus habeat, pro provisione predicta, manerium de B. ipsius monasterii, cum fructibus superextantibus ; et cum toto instauro, utensilibus, et instrumentis aliis eidem monasterio spectantibus et pertinentiis suis aliis quibuscumque, i. centum multones, i. pull.[1]

f. 133. || Item, percipiat annuatim, per totum tempus vite sue predictum, de thesaurario dicti monasterii, x. marcas sterlingorum, ad terminos S. Martini et Petri, per equales portiones.

Voluit insuper et etiam ordinavit, de consensu partium predictarum, quod si numerus dictorum centum multonum perire contigerit altera dentur capita ex quacunque causa fortuita, dicti abbas et conventus ipsius monasterii numerum ipsum supplebunt, nova capita loco aliorum perientium suis sumptibus subrogando.

Quod si x. vel infra pereant, de eisdem supplebit ea frater Henricus predictus.

Voluit etiam et ordinavit, quod eidem fratri, tam in monasterio ipso quam etiam extra, honor debitus impendatur.

Et quod ad officia aliqua, nocturna sive diurna, minime ascribatur vel etiam astringatur, sed quod moram trahere valeat in manerio ipso.

Et quod habeat unum canonicum dicte domus secum, pro una ebdomada vel aliter, prout voluerit, moraturum ; quem ipse ad hoc vocandum duxerit successive vel etiam eligendum.

Et quod ipse in declinando ad monasterium ipsum, per vices, et ibidem, si voluerit per biduum vel triduum commorando, competens camera assignetur ; pro tempore ab eodem, recreationis vel alterius oportunitatis gratia, libere et pro libito egressuro.

[1] Sic in MS.

Qua quidem provisione sic, ut premittitur, ordinata, et per eundem venerabilem patrem predictis abbati et conventui S. Radegundis intimata et declarata, ac per prefatum fratrem Henricum acceptata; prefati abbas et conventus ecclesie hujus et eorum quilibet, prefatas ordinationem, provisionem, ipsorundem assignationes, diffinitiones et voluntates ratas habentes pariter et acceptas, eisdem ratificarunt; et ibidem juramentum corporale prestiterunt, ponendo manus suas ad pectora in verbo sacerdotii, inspectis evangeliis sacrosanctis; quod || ipsi provisionem et ordina- f. 133 b.
tiones ipsas ratas et inconcussas suis temporibus perpetuo conservarent; nec eisdem in aliquo obvenirent seu resisterent quoquo modo, publice vel occulte.

Voluerunt etiam et concesserunt, quod idem frater Henricus habeat secum, per totum tempus suum predictum, jocalia, lectilia, et alia ornamenta camere sue, que per antea habere consuevit.

Acta sunt hec omnia et singula prout superius describuntur, anno, mense, die et loco predictis. Presentibus fratribus I. de W. et Roberto de B. et D. et Begham ecclesiarum canonicis, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Nos vero, fratres W. et Simon de D. et Begham, ecclesiarum abbates prenotati, presens publicum instrumentum sigillis nostris, una cum sigillo communi dictorum abbatis et conventus S. Radegundis, ad eorundem abbatis et conventus instantiam, fecimus communiri, in fidem et testimonium premissorum.

6 June, 1475. **544. Names of the Community at St. Radegunde.**

In Monasterio Sancte Radegundis.

A. fol. 4.

Dominus Ingermus Fraunce, abbas.
Frater Johannes Norburn, vicarius.
Thomas Howlett.
Willelmus Hedstede, apostata.
Johannes Trawes.
Robertus Lane, apostata.
Thomas Holne, quondam de Newbo.
Jacobus Bradeforde, circator.
Johannes Newinton.
Thomas Martyne.
Thomas Dover.

1478. **545. General Answer to Visitation Questions at St. Radgunde's or Bradsole.**

Cenobium de Bradsole, sive S. Radegunde, juxta Doverum.

P. fol. 134. (Reg. Prem. f. 18 a.)

in [comitatu Kantie, et]
diocesi Cantuarie;
anno Domini m.c.xciii., regni regis Ricardi I. tertio (ab Hugone I. abbate ecclesie S. Augustini Cantuarie) fundatum est:
in honore S. Radegunde.
Abbas Premonstratensis est pater abbas.
Sex habet ecclesias.
Curati sunt quidam canonici perpetui, quidam seculares.
Abbas loci est fundator [sive patronus] in se.

1478. **546. Names of the Community of St. Radegunde's or Bradsole.**

Sancte Radegundis.

A. fol. 22.

Abbas loci est fundator in se. Abbas Premonstratensis est pater abbas. Sex habet ecclesias; curati sunt canonici, quidam perpetui, quidam seculares. Fundatum erat in honore sancte

Radegundis anno Domini M°. C°. nonagesimo iii°. regni regis Ricardi iiii°.

Dompnus Ingermus, abbas.	Frater Jacobus Bradford.
Frater Thomas Howlett, supprior.	,, Thomas Reypost.
	,, Johannes Newynton.
,, Johannes Leycetyr.	,, Thomas Martyn.

547. Visitation of St. Radegunde's. **30 August, 1482.**

The abbot is not to allow his canons to celebrate Mass outside the monastery except in the churches belonging to it. The monastery stands in urgent need of repair, which should be undertaken at once. The canons are to work in the gardens or else where they may be required. One of Bishop Redman's own subjects begs pardon, and his case is to be considered in the next Chapter.

Visitacio Monasterii nostri Ordinis Sancte Radegundis.

Anno quo supra, penultimo die mensis Augusti, Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium Sancte Radegundis, nostri dicti Ordinis; ubi comperimus inter capud et membra mutue dileccionis vinculum, nec ulla ibidem sentimus a tramite veritatis errancia. Attamen domino abbati in mandatis dedimus, sub pena excommunicacionis, ne aliquem canonicorum suorum licenciet extra monasterium suum celebrare, demptis solummodo hiis qui in ecclesiis dicto monasterio appropriatis celebrant. Nec ullum canonicum ex professione alterius domus Ordinis nostri recipiat, seu quovismodo detineat, sed si quos excommunicatos seu fugitivos sciverit, in secura et arta custodia eos recludi faciat, aut nobis vel abbati eorundem transmittat. Et quia ocularitер dictum conspicimus monasterium fore ruinam, nisi concito de remedio reparacionis sustentaretur igitur dicto domino abbati districtissime precipimus ut pro toto posse et omni celeritate, reparare et sustentare festinet tam ecclesiam [et] claustrum, quam omnes alias domos interiores et exteriores, quia vero modo verisimile usque ad terram ruitura || videntur. Precipimus toto conventui ut, sicuti continetur in nostris statutis, fratres a mane usque ad vesperam A. fol. 37. f. 37 b.

faciant opus in ortis sive ubicunque necesse fuerit. Et abbas augeat numerum canonicorum. In predicto eciam monasterio, Henricus Beverley, olim canonicus nostri monasterii, ad nostram pervenit presenciam, sua deflens lacrimabiliter crimina perantea facta, et misericordiam petens. Et ad intercessionem abbatis Sancte Radegundis et abbatis de Langdon condignam ejus continuavimus penam usque ad proximam convocacionem provincialem, committentes insuper eum ad[1] obedientiam abbatis Sancte Radegundis, fore ut canonicum conventualem [usque ad nostram proximam convocationem] seu Capitulum generale, quo tunc veniente se cum predicto abbate in dicto Capitulo representet, ut ibidem condignam subeat pro hujusmodi offensis penam, et ad monasterium suum iterum revertatur, unde apostando exierat. Nec plura ad presens comperimus reformanda seu ad Capitulum generale referenda ; sed ut unusquisque canonicorum sub capis suis utatur amictibus. Et in precedenti visitacione debuit dictum monasterium lxx. li., modo vero xl. li. In granis et aliis necessariis ad sufficienciam stoffatum. Datum.

1482. **548. Names of the Community at St. Radegunde's.**

NOMINA FRATRUM ET CANONICORUM PROFESSORUM MONASTERII SANCTE RADEGUNDIS.

A. fol. 46 b.

Dominus Ingermus, abbas eiusdem.
Frater Thomas Reypost, supprior.
Frater Thomas Hewlett.
,, Johannes Trewes.
,, Jacobus Bradford.
,, Wyllelmus Dylloke.

1488 (?) **549. Commission to hold an Election at St. Radegunde's.**

Bishop Redman, unable to attend, commissions certain abbots to preside at the election of an abbot at St. Radegunde's, vacant by the death of Abbot Henry.

(*See Vol. I., No.* 61.)

[1] MS. has *sub.*

550. Visitation and Names of the Community at St. Radegunde's. **14 July, 1488.**

One of the canons, an apostate and a sower of discord in the community, is excommunicated. The abbot is not to speak of the faults of his subjects to externs, but to correct them at proper times and places. He is to see to repairs which are necessary. Games for money, and in particular dice and cards, are forbidden.

Nomina Confratrum Monasterii de Sancta Radegunde.

Dominus Johannes Hey, abbas.
Frater Thomas Raypost, prior.
,, Wyllelmus Kyrkby.
,, Thomas Canturbery.
,, Thomas Howlott, vicarius.
,, Robertus Johnson, vicarius.
,, Willelmus Heysted.
Dominus Ingermus, quondam abbas. A. fol. 76.
Frater Johannes Neuwynton.
,, Ricardus Belton.
,, Willelmus Dylloke.
,, Thomas Martyn.

Visitacio Monasterii Sancte Radegundis.

Anno Domini MCCCCLXXXVIII, xiiii. Julii, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum dilecto confratre nostro, Roberto Bedall, canonico et priore monasterii de Schappe, visitavimus monasterium Sancte Radegundis, Cantuariensis diocesis; ubi comperimus J. Newton apostatam et perprius sepe excommunicatum, quem insuper pro sua apostasia, et eo quod sit inter capud et membra seminator discordie, excommunicamus, et excommunicatum in hiis scriptis declaramus. Precipimus eciam domino abbati ut augeat numerum canonicorum, et canonicis suis in victu et pensione debite ministret: obprobrium nullum coram secularibus[1] nec alicubi alicui fratrum inferat, sed si eos deliquisse contingat, secundum statuta nostre religionis corrigat, loco tamen ad hoc debito: reparacionesque monasterii toto pro posse reparare festinet. Precipimus eciam districte, sub pena apostasie, ne aliquis fratrum extra septa monasterii exire presumat, sine licencia

[1] MS. has *seculares*.

f. 77 b. sui || proprii prelati, nec ante horam prandii, vel post, aliquid alimentorum sumere licebit, sub pena contemptus. Inhibemus eciam sub pena contemptus ne fratres aliquem ludum pro lucro excerceant, sive pro pecunia. Presertim lusores deciorum vel ad cardes deinceps excommunicamus. Inhibemus eciam districte ne de affinitate sive consanguinitate in monasterio plures ordinari faciat, ne aliquos seculares presbiteros, vel de ordine alieno, ad nostram religionem inducat, sive ad nostram professionem ordinari faciat. Et hunc canonicum, ex religione nigrorum canonicorum, in nostra presencia jam presentem, amovere a monasterio, domino abbati districte precipimus. Status hujus monasterii statu constat mediocri; debitis, maxima eciam ruina et vastitate per predecessorem suum antea factis bene et plene consideratis. Et ex debitis que in sua creacione per predecessorem suum debebat, videlicet ccxii. li. minoravit lx. li. In aliis necessariis domus sufficienter stauratum. Datum etc.

9 October, 1491.

551. Visitation of St. Radegunde's.

Bishop Redman finds all in good order, and mutual charity well kept between the abbot and his subjects. The monastery needs great repairs; but the abbot, newly created, has already set about them.

Visitacio Monasterii Sancte Radegundis virginis.

A. fol. 100 b. Anno Domini M°CCCCLXXXXI., ix. die mensis Octobris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum dilecto nobis in Christo fratre, Roberto Bedalle, canonico nostri monasterii predicti de Schappe, visitavimus monasterium sancte Radegundis, Ordinis Premonstratensis predicti, Cantuariensis diocesis; ubi mutuam comperimus inter capud et membra concordiam et pacem, nullam coram nobis querelam in aliquo ostendentem. Tamen ruinosum comperimus monasterium maximam indigens reparacionem, verumptamen abbas de novo creatus, ex tempore quo nuper prefuit, laudabiliter reparavit et profuit, ita quod nil ad presens coram nobis reformari

est allatum. Debet tamen predicta ecclesia in presenti visitacione xxviii. marcas, predecessorum suorum tempore indebitatas. Datum etc.

552. Names of the Community at St. Radegunde's. 1491.

Nomina Canonicorum Monasterii Sancte Radegundis.

Dominus Johannes Newyntone, abbas.	Frater Thomas Hewlote, vicarius.	A. fol. 114 b.
„ Ingermus Francys, quondam abbas.	„ Thomas Canturbery.	
Frater Willelmus Kyrkby, supprior.	„ Willelmus Wyngham.	
	„ Edmundus Norwich.	
	„ Gylbertus Babrame.	

553. Visitation of St. Radegunde's. 28 June, 1494.

Bishop Redman finds one canon an apostate and living away from his monastery; but after explanations and at the intercession of his abbot the punishment is left over till Chapter. The abbot and community are charged to observe the customs of the Order. The bishop appoints a subprior.

Visitacio Monasterii Sancte Radegundis.

Anno Domini M^mo^CCCC^mo nonagesimo quarto, xxviii. die mensis Junii, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum predilecto nobis in Christo fratre nostro, Roberto Bedalle, canonico et professo nostri monasterii predicti, visitavimus monasterium Sancte Radegundis, nostri Ordinis Premonstratensis, Cantuariensis diocesis, ubi quidam frater[1] Ricardus Beltone coram nobis de apostasia detectus est; et, quod deterius est, in seculari habitu in seculo existens. Super quo impetitus asseruit se fore licenciatum per abbatem de Langdone, cui a nobis fuerat per prius commissus, per literas suas patentes. Attamen sponte rediit, ac religioni se totaliter submisit, A. 123* b.

[1] In MS. *quendam fratrem.*

Shoredich Public Libraries.

et de commissis lamentabiliter misericordiam a nobis implorando, quem ad instanciam sui proprii prelati dimisimus, et penam ejusdem, deprecacione confratrum suorum, usque provinciale Capitulum continuavimus, interim eundem ad pristinum restituentes statum. Omnibus insuper ibidem existentibus, tam abbati quam conventui, precipimus quatenus observancias, secundum nostre religionis formam, debite reforment. Necnon eisdem, tam abbati quam conventui, inhibemus, sub pena excommunicacionis majoris, ne aliquem usum de servicio divino, preterquam quod in nostra religione consuetum est, quoquomodo exerceant. Et Thome Haut a nobis ibidem est officium supprioris injunctum. Alia noxia sive
f. 124. || importabilia a nobis ibidem non sunt comperta, sed omnia intus et extra satis utiliter et commode sunt pertractata. Et dicta ecclesia exstat in debitis onustata summam extendens [*sic*] xx. li. In granis sufficienter usque nova, ceterisque animalibus,[1] temporibus retroactis consideratis, satis laudabiliter provisa. Datum etc.

1494. **554. Names of the Community at St. Radegunde's.**

Nomina Canonicorum Monasterii Sancte Radegundis.

A. fol. 117.

Dominus Johannes Newyntone, abbas.	Sacerdotes.	Frater Willelmus de Wyngham.	Sacerdotes.
Frater Thomas Haut, supprior.		,, Edmundus de Norwico.	
,, Thomas Howlot, vicarius de Scheperwolde.[2]		,, Gilbertus de Babram, accolitus.	Novicii.
,, Ricardus Beltone, apostata.		,, Ricardus de Sellynge.	
,, Willelmus Kyrkby, vicarius de River.[3]		,, Robertus de Dovoria.	

[1] In MS. *animantibus*.] [2] *I.e.* Shepherdswell, Kent, seven miles from Dover.
[3] Three miles from Dover.

555. **Visitation of St. Radegunde's, and the Names of the Community.** 14 October, 1497.

The bishop finds that great difficulties exist between the abbot and his community, so great that he cannot discuss them, and adjourns the settlement till the provincial chapter. He charges all to live in charity and forget the past.

NOMINA FRATRUM MONASTERII SANCTE RADEGUNDIS.

Dominus Johannes Newntone, abbas.
Frater Thomas Hewlot, vicarius de Scheperdeswolde.
,, Willelmus Kyrkby, vicarius de Postillynge.[1]
,, Edmundus Norwich, vicarius de River.
Frater Thomas Haut.
,, Willelmus Wyngham.
,, Robertus Gyllis.
,, Ricardus Nutsey } apostate.
,, Gilbertus Beket } apostate.
,, Ricardus Ameat } apostate.

A. fol. 138 b.

VISITACIO EJUSDEM.

Anno Domini MCCCCLXXXXVII., xiiii. die mensis Octobris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum, ut supra, visitavimus monasterium Sancte Radegundis, nostri Ordinis Premonstratensis, Cantuariensis diocesis; ubi maxima enormia contra prelatum coram nobis sunt allata, ex parte tocius conventus, atque ex parte ipsius abbatis contra conventum, que ad presens certis causis racionabilibus ad hoc nos moventibus mere singula discutere, prout necessitas perquirebat, non potuimus. Sed ex parte utrorumque super reformacione premissorum sperantes, usque ad proximum provinciale capitulum decrevimus differre, precipientes conventui, ut in omnibus licitis debite abbati obediant, sub pena statutorum nostri Ordinis inde debita delinquentibus. Precipimus insuper domino abbati ut interim augeat numerum ‖ canonicorum ad numerum vi. canonicorum, et ut sit discretus circa fratres suos, et mansuetus, atque reparaciones faciat monasterii sui et hec ex parte sui ipsius, sub pena manifesti contemptus. Ac ut invicem f. 139.

[1] *I.e.* Postling, Kent, four miles from Hythe.

ut veri religiosi diligerent, premissa enormia inter se oblivioni tradentes. Debita extendunt ad summam x. li. In granis habundanter et animalibus satis sufficienter provisum. Data etc.

3 October, 1500. **556. Visitation of St. Radegunde's, and the Names of the Community.**

The community bring grave charges against the abbot. On Sundays and feasts he frequents inns and other assemblies, where his conversation is bad. He also has brought bad women into his house. The bishop issues his strong prohibition against the suggested offences.

Nomina Confratrum Monasterii Sancte Radegundis.

A. fol. 149 b.

Dominus Johannes Newtone, abbas.	Frater Johannes de Crondalle.	Novicii.
Frater Thomas Hewlotte, vicarius.	,, Thomas Myltone.	Novicii.
,, Willelmus Kyrkby, vicarius.	,, Thomas Sandwiche.	Novicii.
,, Edmundus Norwich, supprior.	,, Thomas Hawte.	Licenciati.
,, Robertus de Askham.	,, Willelmus Wyngham.	Licenciati.
	,, Robertus Gyles.	Licenciati.

Visitacio sequitur ejusdem Monasterii.

f. 150. Anno Domini m v^{c}, tercio vero die mensis Octobris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum, ut supra, visitavimus monasterium Sancte Radegundis, nostri Ordinis Premonstratensis, Cantuariensis diocesis; ubi domino abbati precipimus quatenus reparaciones tocius monasterii faciat, quod valde ruinosum pre ceteris ocularitер conspicimus. Inhibemus insuper dicto abbati ne festivis diebus sive aliis, nisi tempore congruo, tabernas sive conventicula laicorum frequentet, sed magis circa utilitatem monasterii et divino ascultet officio, et hoc sub pena maximi contemptus. Et numerum ulterius non deferat augere canonicorum. Ad

summam xxx. li. et non ultra se debere protestatus est. In granis et animalibus satis sufficienter provisa. Data etc.

Memorandum insuper quod fratres dicte ecclesie contra abbatem objicierunt de maxima monasterii ejusdem ruina, ut supra, et quod singulis festis et dominicis diebus tabernam[1] frequentat, ibidem turpiter et abhominabiliter scurilia et vilia et verba luxuriosa colloquendo, singulos audientes tedio maximo afficiens. Item quod valde incontinens est cum diversis meretricibus et suspectis.

Item quod adduxit mulieres in cameram suam, tam die quam nocte alternis vicibus, ad suam libidinem complendam, in maximum Ordinis obprobrium, super predictas meretrices bona monasterii sui devastans et quid eisdem dedit congaudens quod[2] hoc lucraret, cum aliis enormibus quammultis etc.

XXVII.—SHAP *or* HEPPE.

Shap Abbey, in the county of Westmoreland and the diocese of Carlisle, was founded about the year 1200 from Blanchland, although Cokersand was regarded as the mother house. Only very few of the abbots are known.

1279 (oc.). Robert (*Assize Roll* 7 *Northumb. Edw. I. Surtees Soc.* 88, p. 307).

1379–1405. Robert Marshall (*Appleby Reg., Cal. of Papal Docts.* vi. 15).

1458–1513 *ante.* Richard Redman.

1526–1539. Richard Evenwode or Baggot (*Nicholson's Westm. I.* 476; *Valor Eccl.* v. 293).

The names of the community at the surrender were:

Richard Baggot, late abbot, £40.
Richard Layland (*or* Burlonde), £6.
Thomas Typpyard, £5 6*s.* 8*d.*
Martin Mackaralle, £5.
John Bell, £5 6*s.* 8*d.*
Anthony Johnson, £4.

[1] MS. has *usualiter.*

[2] MS. has *dederit congaudet quia.*

John Adison, £6.
Radulph Watson, £4.
Edmund Carter, £6.
Richard Male (*or* Mole), £5.
Hugo Watson, £6.
John Rudde, £4.
George Elerson, £4.
Edw. Michell (*or* Michael), £6.

1478. **557. Answers to General Questions at the Visitation.**

P. fol. 35. Cenobium de Heppa, Schappa, Shappa, sive Vallis-Magdalene,
in [comitatu Westmorelandie, et]
diocesi Carliolensi,
[Thoma filio Gospatrici] fundatum est,
in honore B. Marie Magdalene.
Abbas de Cokersand est pater abbas.
D. Ricardus Redman, episcopus Assavensis, abbas nunc est.

XXVIII.—SULBY *or* WELFORD.

Sulby Abbey, in the county of Northampton and the diocese of Lincoln, was founded in A.D. 1155 from Newhouse. Among the abbots the following names are known:

1155.	Richard (Hugo, ii. 1163; Harl. Ch. 44, G. 15).
1200 (c.)	Adam (Add. Ch. 22380).
1207.	John (Add. Ch. 21205).
1220 (oc.)–1232.	Walter (removed in 1232) (Add. Ch. 20848).
1232–1255.	William (Add. Ch. 20600 &c.; *Cal. Anc. Deeds*, i. 239)
1257 (oc.)–1276.	Robert (Add. Ch. 22423, 20861).
1276 (el.)–1280.	Hugh (Add. Ch. 22464, 20617).
1280 (el.)–1290.	John (Add. Ch. 20850).
1297–1313.	Henry (Add. Ch. 21583, 20389).
t. Ed. II.	Simon (Add. Ch. 20854).
1327–1349.	Walter (Add. Ch. 23442; *Cal. Charter Rolls*, iii. 359).
1356–1360.	Richard (Add. Ch. 21365, 22444).

1429 (oc.)–1430. William Knolles (E. Chanc. Proc. Bd. vii. No. 154; cf. Bd. viii. No. 13).
1439 (oc.). Alan (Add. Ch. 22445).
1447. John Coventre (resigned in).
1452–1488. John Halley (No. 50).
1488 (oc.)–1500. John Middleton (Nos. 564, 570).
1506–1522. Robert Goodall (*Cal. Anc. Deeds*, iii. 134, A. 5041; Add. Ch. 22459).
1534 (oc.)–1536. Ralph Armonte (*Valor Eccl.* iv. 300).

558. Names of the Community ot Sulby. 1475.

In Monasterio de Sulby.

Dominus Johannes Halley, abbas.
Frater Johannes Howden, prior.
„ Robertus Bredon, subprior.
„ Thomas Leycester, cantor.
Frater Willelmus Chellow, sacrista. A. fol. 5.
„ Willelmus Brown.
„ Johannes Wanyngton.
„ Ricardus Ogull, diaconus.
„ Johannes Roche, novicius.

559. General Answers at the Visitation of Sulby. 1478.

Cenobium de Sulby, sive Welleforde; P. fol. 55. (Reg. Prem. f. 117.)
in [comitatu Northampton. et]
diocesi Lincoln.
Anno Domini MCLV. anno regni regis Henrici II. secundo;
[a DD. Willelmo de Widvile et Roberto Paviley, militibus]
fundatum est,
in honore B. Marie Virginis ad festum Nativitatis.
Abbas de Newhouse est pater abbas.
Filia ejus est cenobium de Lavendon.
Sex habet ecclesias.
Set curati earum sunt seculares.
Dominus Hastinges est fundator [sive patronus].

1478. **560. Names of the Community of Sulby.**

SULBY.

A. fol. 21. Dominus Hastynges est fundator. Abbas de Neuhose est pater abbas. Sex habet ecclesias, sed curati earum sunt seculares. Fundatum erat in honore beate Marie virginis ad festum Nativitatis in anno Domini M°. C. LV^to^, anno ii° regis Henrici II.

Dompnus Johannes Halley, abbas.
Frater Robertus Bredon, suprior.
„ Thomas Leycestyr, cantor.
„ Willelmus Chellow.
„ Willelmus Browne, succentor.
Frater Johannes Wennyngton, sacrista.
„ Ricardus Ogull.
„ Johannes Roche, subsacrista.
„ Thomas Wylluse, non professus.

8 August, 1482. **561. Visitation of Sulby.**

Bishop Redman praises the buildings and repairs of the abbot. He has rebuilt half the cloister, repaired the windows and roofs of the church, and has had two antiphonaria made for the choir; charity reigns in the community. The canons are to have almuces made for them.

VISITACIO MONASTERII DE SULBY.

A. fol. 32. Anno Domino M°. CCCCLXXXII., viii. die mensis Augusti, Nos Ricardus et cetera, visitavimus monasterium de Sulby, nostri dicti Ordinis, Lincolniensis diocesis; ubi ocularitur amenas conspeximus reparaciones et edificaciones, ab abbate dicte ecclesie factas; videlicet dimidiam partem tocius sui claustri, cum ejusdem ecclesie liminibus et tectis. Et quia semper ardebat desiderio dictam decorare ecclesiam, ideo ad Dei laudem in eamdem fecit duos magnos codices, antiphonaria, unum in dextero choro et alterum in sinistro.

Quin[que] insuper campanas ex una concordia fieri fecit, cum aliis quamplurimis laudabilibus factis que in unum stilo redigere longum esset. Et inter se et fratres suos mutua caritatis et pacis concordia semper sua laudabile conversacione concrescit. Et diligenti premissa prout tenemur, inquisicione, tamen nulla aliqualiter sunt coram nobis allata, que nostra indigere dinoscuntur correccione, seu ad Capitulum generale referri. Sed tamen quedam toto conventui in mandatis dedimus, sub pena trium dierum in pane et aqua transgressoribus injungenda, ut unusquisque canonicorum suis non ultra audeat carere amictibus, sed sibi provideat infra spacium xiiii. dierum. Et in omnibus festis beate Marie virginis, seu quandocunque de ea cantatur, ad omnes horas vesperas et matutinas semper versiculus *Ave Maria* a sacerdote premittatur. Ac eciam quociens se verterit sacerdos versus chorum, diaconus genu flectendo casulam manu protrahere semper procuret. In precedenti vero visitacione debuit dictum monasterium xxi. markas, modo xii. li. ix^{s}.: in frugibus et aliis domus necessaris satis sufficienter provisum. Datum etc.

562. Names of the Community of Sulby. 1482.

Hic inseruntur Nomina Fratrum Canonicorum Monasterii de Sulby nostri Ordinis Premonstratensis.

Dominus Johannes Halley, abbas ejusdem.
Frater Robertus Bredun, suprior.
„ Thomas Leycytyre.
„ Wyllelmus Chellow, circator.
Frater Wyllelmus Browne, subcellerarius. A. fol. 45 b.
„ Johannes Wennyngton, cantor et sacrista.
„ Johannes Roche, succentor.
„ Thomas Wyllous.
„ Edwardus Seyton.

Circa 1488. **563. Injunction of Bishop Redman on the death of the Abbot of Sulby.**

The duty of presiding at the election at Sulby has been imposed on him by the abbot of Newhouse, to whom, as the father abbot, the duty belongs. The prior is to govern until he can come.

(*See Vol. I., No.* 50.)

17 June, 1488. **564. Visitation of Sulby and the Names of the Community.**

Bishop Redman forbids games for money, playing with dice especially; keeping birds, dogs or rabbits; eating and drinking in the dormitory. Silence is to be observed better. The abbot is charged to increase his community. The obedience of a canon of Welbeck is transferred to the abbot of Sulby.

Nomina Confratrum Monasterii de Sulby.

A. fol. 71.

Dominus Johannes Mydylton, abbas.
Frater Robertus Bredon, supprior.
Frater Robertus Haddon, diaconus.

Sacerdotes.
,, Thomas Leycetur.
,, Thomas Roche.
,, Thomas Willus.
,, Edwardus Seton.

Novicii.
,, Edwardus Lokkey.
,, Robertus Gressyngham.

Visitacio de Sulby.

f 71 b.

Anno Domini M°CCCCLXXXVIII., xvii. die mensis Junii, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum dilecto confratre nostro, Roberto Bedall, canonico et priore predicti monasterii nostri de Schappe, visitavimus monasterium de Sulby, nostri dicti Ordinis Premonstratensis, Lincolniensis diocesis; ubi quedam comperimus in melius reformanda: videlicet ne fratres aliquem pro lucro sive pecunia deinceps excerceant ludum, sub pena manifesti contemptus. Omnesque lusores deciorum inhibemus, sub pena excommuni-

cacionis, quia per sentenciam statutorum nostri Ordinis excommunicati sunt. Omnes eciam commestiones atque potaciones in dormitorio inhibemus, sub pena gravioris culpe decem dierum qualibet vice injungenda. Et omnes insuper extra situm [1] monasterii, sine abbatis licencia, exeuntes ad vaccariam sive ad alium quencumque locum, deinceps apostatas decernimus, et sub forma apostasie esse puniendos precipimus. Maximam eciam dissolucionem silencium non custodiendo ibidem comperimus, quod quidem de cetero in melius reformari precipimus, sub pena statuti delinquentibus sine aliqua remissione infligenda. Inhibemus insuper ne aliquis fratrum aves, caniculos, sive cuniculos habere seu alere presumat, quia magis curiositatem quam utilitatem pretendunt. Atque domino abbati precipimus quatinus numerum augeat canonicorum. Et Willelmus Bradforth sponte suam mutavit obedienciam in manus dicti abbatis de Sulby, auctoritate simulque consensu nostris et abbatis de Welbeke, in quo monasterio prius professionem fecerat. Et nos igitur eum canonicum esse et vere coram nobis professum in monasterio de Sulby decrevimus, autoritate nostra, qua supra. Plura non comperimus reformanda. Sed licet dicta ecclesia in prima sua creacione debuit xx. li., nunc vero dicti abbatis provisione prudentissima nil debet. In animalibus, ovibus, et maxime in granis, quorum nil sua in creacione inveniebat, laudabiliter et habundantissime instaurata. Datum etc.

[1] MS. has *sitham*.

15 Sept., 1491.

565. Visitation of Sulby.

Bishop Redman finds much to correct. The canons have been used to drink at Welford, within a league of the monastery. Women have eaten with the canons in the dormitory. Two of the canons were convicted of incontinence and taking women to their dormitory. Their punishment is suspended till the next Chapter, at the intercession of the superior, and on promise of a change of life. The bishop orders the abbot to get two or three boys and clothe them in the habit to increase the numbers of the community. The community are to be prevented making the extra 'superstitious fast' against the rule of the Order. Scribes in the monastery are reminded that what they gain belongs to the community.

A. fol. 97 b.

Visitacio Monasterii de Sulby.

Anno Domini millesimo CCCCLXXXXI., XV. die mensis Septembris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum dilecto nobis in Christo fratre, Roberto Bedall, canonico nostri dicti monasterii de Schappe, visitavimus monasterium de Suleby, nostri dicti Ordinis Premonstratensis, Lyncolniensis diocesis; ubi non modica ibidem comperimus enormia; videlicet sepius potaciones in oppido vocato Welford, infra unam leugam a monasterio distante: de mulieribus in dormitorium venientibus cum canonicis ibidem commedentibus, necnon insuper in firmaria cum diversis non tamen cum bonis sed magis cum suspectis mulieribus. Que quidem abhorrenda omnino districte, sub pena excommunicacionis majoris, et sub pena xl. dierum gravioris [culpe], inhibemus. Quidam frater Robertus Bredone est detectus, quod in dormitorium mulieres ad complendam ibidem suam libidinem adduxisset, attamen crimen negavit, sed quia inde in sua purgacione deficiebat, xl. dies gravioris culpe eidem injunximus et ad monasterium de Alnwike fore per septennium remittendum. Idem insuper detectus est de apostasia, pro qua pene prelibate addimus ad monasterium nostrum de Schappe fore per triennium in emissione transmittendum. Insuper comperimus

ibidem Thomam Wylus, modo quo supra, quod mulieres in dormitorium pro sua carnis libidine complenda adduxerat, qua sibi illata se reum fatebatur, cui injunximus penam xl. dierum gravioris culpe et pro decennio ad monasterium sancte || Agathe emittendum. f. 98.
Quibus statim in lacrimis resolutis, misericordiam humiliter implorabant, melioris vite reformacionem promittentibus. Et proprius illorum prelatus, coram nobis genibus flexis et similiter in lacrimis resolutus, pro eisdem veniam anxius postulabat; ad cujus instanciam eorundem penam, ex sua bona conversacione pariter et reformacione, usque ad proximum nostrum adventum vel Capitulum generale duximus continuandam, atque in discrecione dicti abbatis reliquimus; eidem domino abbati districtissime precipientes, sub pena contemptus et deposicionis, quod deinceps excessus fratrum prout acciderint digne corrigat, et si per ipsum castigari contempserint ad presenciam nostram transmittere procuret, dignam a nobis recepturos correccionem. Insuper domino abbati districte precipimus quatenus tres pueros vel duos ad minus adquirat et infra Natale Domini in nostro habitu radi faciat, ut paucitas fratrum eorum numero aliquantisper multiplicetur, sub pena incumbenti. Et non permittat subditos suos illam supersticiosam sectam jejunandi contra laudabilem nostri Ordinis consuetudinem diucius uti, hucusque usitatam, quam prorsus interdicimus, sub pena xx. dierum gravioris culpe. Suppriori et ceteris confratribus in mandatis dedimus, ut melius solito ad matutinas consurgant, sub pena in crastino quocumque acciderit in pane et aqua sine aliqua remissione injungenda. Et potaciones post completorium, sub pena x. dierum, inhibemus. Et qui ibidem scriptores sunt precipimus, ut quicquid de suo labore deinceps adquirerint prelato presentare non necligant, ad communem utilitatem redigi, prout nostre regule precepto astringimur, ut communia propriis, non [1] propria communibus anteponat. Nec aliquis audeat in domibus secularium infra unam leugam a monasterio distantibus, vel infra monasterium nisi in locis ab abbate deputatis, commedere vel bibere, sub pena xx.

[1] MS. has *nunc*.

dierum gravioris culpe, quia per hoc non modicum scandalum dicto monasterio potest evenire. Insuper inhibemus firmariam amodo usitatam, ne ultra conventus in ea commedat aut bibat, sub pena contemptus, precipientes abbati ut alteram eisdem pro infirmis assignet. Ceteras autem in minoribus correcciones cum corporalibus disciplinis excercuimus, quas brevitatis temporis causa omittere hic decrevimus. Et in ultima visitacione dictum monasterium nil debuit, sed nec in presenti debet. In granis, animalibus, et ceteris satis habundanter stuffatum. Datum etc.

1491. **566. Names of the Community of Sulby.**

Nomina Fratrum Monasterii de Sulby.

A. fol. 113 b.

Dominus Johannes Middiltone, abbas.

Sacerdotes:
- Frater Robertus Bredone, supprior.
- ,, Willelmus Browne.
- ,, Johannes Roch.
- ,, Willelmus Bradforde.

Sacerdotes:
- Frater Thomas Wyllus.
- ,, Edwardus Seytone.

Diaconi et novicii:
- ,, Robertus Haddone.
- ,, Edwardus Lokkey.
- ,, Robertus Gressyngham.

30 July, 1494. **567. Visitation of Sulby.**

One of the canons is warned not to be too familiar with a relation, and for this and for wearing a black tunic is punished. Another is sent to the monastery of St. Agatha's for ten years for incontinence and writing the secrets of his convent to secular lords. He was subprior, and another is appointed in his place.

Visitacio Monasterii de Sulby.

A. fol. 126. Anno Domini MCCCCLXXXXIIII, penultimo die mensis Julii, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum, prout supra, visitavimus monasterium de Sulby, nostri Ordinis Premonstratensis, Lincolniensis diocesis; ubi coram nobis quidam frater Edwardus Mellinge pro

defectu ad missam, unum evangelium accipiendo pro altero, veniam inde sponte petens, eidem pro eodem unum nocturnum infra claustrum eodem die dicendum injunximus. Ibidem eciam coram nobis frater Willelmus Browne est detectus quod cum muliere consanguinea sua, de qua ultima visitacione diffamatus fuerat, consorcium ejusdem adhuc multociens frequentare non formidat, et quod habitum nostrum vilipendit, nigrum collobium se induendo. De quibus eidem precipimus, sub pena maximi contemptus atque excommunicacionis majoris, ne dicte mulieris consorcium ulterius presumat quovismodo frequentare, sive ejus colloquiis de cetero adherere. Eidem eciam districtissime, sub penis pretactis, inhibemus ne nigrum collobium sive alicujus coloris, albo excepto, deinceps presumat uti, pro cujus omissione eidem injunximus unum Psalterium infra annum dicendum. Detectus est insuper ibidem frater Robertus Bredone de apostasia, et quod illam mulierem, de qua ultima visitacione traxit scandalum in dormitorium ad libidinem suam implendam, iterum sicut prius adducendo, necnon eciam contra suum proprium prelatum || litteras et libella magnatibus f. 126 b.
transmittendo, statutaque nostri Ordinis secreta seculari persone ostendendo, atque ad extraordinariam jurisdiccionem literis deprecatoriis subterfugiendo. De hujusmodi criminibus sibi illatis et aliis minime se potuit purgare, quare eidem penam xl. dierum gravioris culpe injunximus, et eundem ad monasterium Sancte Agathe per decennium fore emittendum; suis demeritis quoad maximum monasterii sui atque proprii sui prelati dampnum atque discrimen, merito id exigentibus; quem insuper ab officio supprioris atque sacriste absolvimus, eadem officia fratri Roberto Haddone injungendo. Domino abbati districte precipimus quatenus infra proximum provinciale Capitulum plures, ad minus duos, canonicos radi faciat, et quod super gregem sibi commissum melius solito audacter pervigilet, sicuti conscienciam suam et nostram coram Deo et nobis exonerare et respondere voluerit. Status autem ejusdem monasterii talis est quod nichil debet. In granis, animalibus, atque omnibus dicto monasterio necessariis satis

habundanter per abbatis ejusdem sagacem[1] providenciam comperimus provisum. Datum etc.

1494. **568. Names of the Community of Sulby.**

NOMINA [FRATRUM] MONASTERII DE SULBY.

A. fol. 119.

Dominus Johannes Middiltone, abbas.
Frater Robertus Bredone.
„ Willelmus Browne, vicarius.
„ Robertus Haddone, eodem die ad officium supprioris injunctus.
„ Willelmus Bradforde, cellerarius.
Frater Edwardus Mellynge, cantor.
„ Robertus Burtone, succentor.
„ Willelmus Gyllynge.
„ Thomas Ludham.
„ Thomas Mylham, diaconus.

1497. **569. Names of the Community of Sulby.**

NOMINA CONFRATRUM MONASTERII DE SULBY.

A. fol. 136 b.

Dominus Johannes Middultone, abbas.
Frater Robertus Haddone, supprior.
„ Willelmus Bradfrode, cellerarius.
„ Willelmus Gyllynge.
„ Edwardus Mellinge, circator.
„ Robertus Burtone.
Frater Thomas Milame de Wenling.
„ Johannes Bebe de Dalle.
„ Thomas Wright.
„ Johannes Horbere.
„ Willelmus Browne, vicarius de Sybertofft.
„ Edwardus Seytone, licenciatus.
„ Robertus Bredone, licenciatus.

[Here a leaf is missing which should contain the Visitation of Sulby, the names of the brethren of Lavenden and Westdereham, the Visitation of Lavenden, and part of the Visitation of Westdereham.]

[1] MS. has *sagaci.*

570. Visitation of Sulby and the Names of the Community. 28 October, 1500.

One of the canons is denounced as studying 'experiments and going abroad in pursuit of this science. His sentence is deferred as he never went beyond 'experiments.' The recreations of the brethren are to be ordinated to enable them to do their work, and especially their divine service, better. Large sleeves and slippers are forbidden.

NOMINA CONFRATRUM MONASTERII DE SULBY.

Dominus Johannes Myddyltone, abbas.
Frater Robertus Haddone, suprior.
,, Willelmus Bradforde, cellerarius.
,, Willelmus Gillynge.
,, Edwardus Mellynge, cantor.
Frater Robertus Burtone, succentor. A. fol. 152 b
,, Johannes Norwich, canonicus de Langley. f. 153.
,, Thomas Wryght, } diaconi.
,, Johannes Horberre, }
,, Willelmus Browne, vicarius de Sibertofft.[1]
,, Ricardus, } non professi.
,, Johannes, }

VISITACIO EJUSDEM.

Anno Domini M.V^c^, xxviii. die mensis Octobris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum etc. ut supra, visitavimus monasterium de Sulby, nostri Ordinis Premonstratensis, Lincolniensis diocesis; in quo non modicam fratrum silencii novimus insolenciam, quam in melius precipimus reformari, sub pena statuti inde editi; quod si in consuetudinem transeat sic culpa crescat secundum quantitatem delinquencium et pena. Quendam fratrem Thomam Wryght comperimus detectum experimentorum libros excercuisse, alias insuper quendam vagabundum pro hujusmodi sciencia addiscenda largiter remunerando, quorum culpa sibi illata, et libro dictorum experimentorum sibi ostenso, plene negare non potuit. Quoad eorum tantam speculacionem tamen nunquam ad operacionem, sicque ad intercessionem prelati sui et fratrum ejusdem condignas

[1] *I.e.* Sibbertoft, in Northamptonshire, six miles from Market Harborough.

horum penas ex sua reformacione continuavimus usque ad proximum provinciale Capitulum, eidem insuper[1] unum Psalterium injungendo. Precipimus insuper psalmum *Letatus sum*, cum versiculis et collectis Ordine consuetis, cotidie aut in matutinali missa sive majori dici, tam festis duplicibus quam aliis diebus. Ac quociens capis utuntur sericis amictos induantur. Recreacionesque fratrum habeantur Ordine consuetas ut devocius divino ascultent officio. Domum insuper pro infirmis competentem et necessarium precipimus provideri. Inhibemus eciam omnibus dicte ecclesie fratribus de cetero illas amplas latasque bursas inter religiosos abolendas sive illos volubiles sotulares, *slyppars* vocatos, palam uti, sub pena excommunicacionis majoris etc. Dictumque monasterium habundantissime invenimus ad presens tam gregibus suium, quam multitudine ceterarum bestiarum provisum: in granis minime sufficienter, tamen nullo debito oneratum. Data sub sigillo nostro etc.

XXIX.—TALLEY.

Talley Abbey, in the county of Carmarthen and the diocese of Menevia, was founded before A.D. 1291 from the monastery of St. John's, Amiens. Later it was made a daughter house of Hales Owen, on account of the distance from the mother house.

1291. **571. William, Abbot of Prémontré, to King Edward I.**

Asks the King to assist the abbots of Hales and Newhouse to make a visitation of Talley, in Wales. Owing to the difficulty of the situation and the state of the inhabitants the house is not prospering.

P. fol. 56. (Reg. Prem. f. 84.) Magnifico et serenissimo Domino E.,[2] Dei gratia, regi Anglie illustri, G.[3] ejusdem patientia, Premonstratensis abbas, et abbatum

[1] MS. has *infra*.

[2] Peck has 'R' in his text, but 'Edwardo' in his heading. It must be Edward I. to whom the abbot writes.

[3] The abbot of Prémontré here named was William of Louvain (1288 to 1304). Peck gives 1291 as the date of the letter.

ejusdem Ordinis Capitulum generale, illam quam Rex regum et Dominus dominantium regibus dat salutem, et, cum suarum orationum munere, paratam ad sua beneplacita voluntatem.

Cum ecclesia de Thalesken, nostri Ordinis, diu expectata, ut fieret religionis terra fructifera, a malitia inhabitantium, in sterilitatis et inhonestatis salsuginem adeo sit conversa, quod ad religionis fructum non potest adjicere ut resurgat, nisi adulterine plantationes que radices altas dare non prevalent ab eadem primitus evellantur; et novelle vitis plantatio suavitatem odoris, fructiferans flores honoris et honestatis, postmodum inseratur ibidem:

Nos ad Serenitatis vestre magnificentiam duximus recurrendam, eidem humiliter affectione qua possumus supplicantes, quatenus venerabilibus in Christo fratribus nostris de Newhous et de Hayls abbatibus (quos ad hoc, ad dictam ecclesiam, ut malis male perditis et dispersis, [et] in aliis ecclesiis Ordinis collatis, illam Domini Sabaoth vineam locent aliis agricolis, qui fructum temporibus suis reddant) regie majestatis auxilium et consilium, super hiis vobis ex parte nostra intimatis, et que dictum negotium contingere poterunt, impendatis. Ut sic, malis amotis et melioribus substitutis ecclesia ipsa ad honestatis fructum valeat relevari; et hec mutatio dextre Excelsi dici possit. Contradictores et rebelles, f. 56 b
intuitu pietatis et orationum nostri Ordinis respectu (quarum participes vos facimus et consortes), vestre secularis potentie brachio compescatis; ita quod vestre Serenitatis gladius cedat ad vindictam malorum, laudem vero bonorum. Vivat et valeat dominus Rex, et regnum optineat felicius in eternum.

572. William, Abbot of Prémontré, to the Abbot of Welbeck. 1292.

Declares in name of the General Chapter that the abbot of Welbeck and his successors are to be accounted the 'fathers abbots' of Talley. (*Peck calls this an* 'instrumentum fictum.' It is edited in the *Monasticon*, iv. p. 164.)

Gillermus, Dei patientia, Premonstratensis abbas, et abbatum ejusdem Ordinis Capitulum generale, venerabili et dilecto in P. fol. 57. (Reg. Prem. f. 121 b.)

Christo fratri, abbati de Welbek, salutem in Domino et sinceram caritatem.

Vobis per presentes intimavimus quod, cum anno preterito paternitas ecclesie de *Taslesken* vobis fuisset, pro tempore. assignata ; [nos], considerantes dicte ecclesie perpetuam utilitatem, et pacem amplectentes, nichilominus illustrissimi regis Anglorum proficuum et voluntatem ;

paternitatem dicte ecclesie et translationem ipsius, successoribus vestris et ecclesie de Welbek, assignavimus.

Datum Premonstrati, in Capitulo generali, anno Domini M.CC.XCII.

20 August, 1414.

573. Resignation of the paternity of Talley by the Abbot of Welbeck in favour of Hales Owen.

The document recites the fact that the Chapter at Prémontré had made Talley a daughter house to Welbeck.
(Peck considers this also fictitious.)

P. fol. 58. (Reg. Prem. f. 107 b.)

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris. Johannes, Dei patientia, abbas monasterii de [Welbek, Ordinis Premonstratensis], Eboracensis diocesis, et ejusdem loci conventus, salutem.

Cum reverendus pater noster Guillermus. olim Premonstratensis abbas, et abbatum ejusdem Ordinis Capitulum generale, paternitatem ecclesie de Tallesken, dicti Ordinis, Meneviensis diocesis, et comitatus Kemerdine, dudum nostris predecessoribus pro tempore assignassent ; et deinde, apud Premonstratum in Capitulo generali, anno Domini M.CC.XCII. ad instantiam illustrissimi regis Anglorum, eandem paternitatem, et ipsius translationem, eisdem nostris predecessoribus et eorum successoribus, atque ecclesie nostre de Welbek, pro perpetuo concessissent (prout per scriptum eorum abbatis Premonstratensis et generalis Capituli inde confectum, et sigillo ipsius Capituli consignatum, plenius poterit apparere) ;

Noveritis nos, abbatem et conventum de Welbek predicta, remisisse, relaxasse, et omnino de nobis et successoribus nostris

imperpetuum quietum clamasse venerabilibus et religiosis viris abbati et conventui de Hales-Owen, Ordinis Premonstratensis antedicti, Wygorniensis diocesis, totum jus nostrum et juris clameum et omnem jurisdictionem, potestatem, et auctoritatem paternalem eidem paternitati quomodolibet pertinentem quas habuimus, habemus, seu quovismodo habere in futuro poterimus, in dictis abbati et conventu et eorum successoribus, et in eorum ecclesia antedicta, ita quod nec nos abbas et conventus predicti de Welbek, nec successores nostri, nec aliquis alius nomine nostro, vel succes || sorum nostrorum, jus aliquod, vel juris clameum, sive aliquam fol. 58 b.
hujus[modi] potestatem, seu quamcunque jurisdictionem, potestatem, aut auctoritatem paternalem inde dependentem in dictis abbate et conventu, vel eorum successoribus, aut in eorum ecclesia antedicta de cetero exigere vel vendicare poterimus ullo modo; set per presentes sumus exclusi imperpetuum.

Hiis testibus: Thoma, abbate de Barlyngs; Willielmo, abbate de Croxton; Henrico, abbate de Dale, et multis aliis.

Datum in domo nostra capitulari de Welbek, vicesimo die mensis Augusti, anno Domini M. quadragintesimo, quarto decimo, et anno regni R. Henrici quinti post Conquestum Anglie ii.

574. Hubert, Abbot of Prémontré, to Bishop Redman. 18 April, 1475.

He has had the ancient registers searched and finds that the abbey of Talley was in the first instance a daughter house to St. John's at Amiens, but on account of the distance it was by Chapter connected with Hales Owen, no mention being made of Welbeck.

Hubertus, permissione divina, Premonstratensis abbas, venera- P. fol. 59.
bili nobis in Christo fratri Ricardo, abbati monasterii Vallis Magdalene, Karliolensis diocesis, salutem in Domino.

Viso tenore literarum vestre caritatis nuper nobis pro parte vestra exhibitarum; nostrorum antiquorum registrorum continenciam diligenter lustravimus, comperimusque quod monasterium de Talesch primitus fuit filiale subjectum monasterii Sancti

Johannis Ambianensis; set, propter longiorem distantiam inter utrumque monasterium, translata fuit paternitas ad monasterium de Hales [Owen], nulla penitus habita mentione de monasterio de Welbeke.

Ideoque has presentes vestre caritati destinare curavimus in testimonium veritatis premissorum, super dicta paternitate abbati de Welbek silencium imponendum.

Datas in monasterio de Brava, nostri Ordinis, Suessionensi diocesi, xviii. die mensis Aprilis, anno Domini M.CCCC.LXXV., sub sigillo nostro abbatiali.

1478. **575. General Answers to the Visitation Questions.**

P.fol. 60. (Reg.Prem. f. 18.)

Cenobium de Tallew, Tallum, Talesch, Talleschen [sive Tallach], in Comitatu Kemerduni, et

diocesi Meneviensi.

Abbas de Hales-Owen est pater abbas.

31 August, 1497. **576. Visitation of Talley.**

Bishop Redman held this at Hales Owen, the abbot appearing in person, the community by proxy. All is found to be well. The abbot, newly elected, made his obedience to Prémontré through the visitor. He is exhorted to see to the repairs, which are much needed.

Visitacio Monasterii de Talley.

A. fol. 134. Anno Domini millesimo CCCCLXXXXVII., ultimo die mensis Augusti, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum fratre Roberto Bedalle etc., visitavimus monasterium de Talley, nostri Ordinis Premonstratensis, Menevensis diocesis, in monasterio de Halesowene, [abbatem] in propria sua persona ibidem comparentem, eciam procuratorem pro conventu existentem; ubi vel a quo nulla coram nobis porrecta fuerunt crimina, sed omnia integra custodiuntur et immaculata, ex sagaci ingenio dicti venerabilis confratris de novo creati, qui ibidem in manus nostras, racione auctoritatis

domini Premonstratensis abbatis, manualem prestitit obedienciam; qua peracta, auctoritate dicti domini Premonstratensis, qua plenarie fungimur in hac parte, eleccionem ejusdem rite et canonice per inspiracionem Spiritus Sancti factam, pariter et personam sic legitime electam, approbamus, ratificamus, ac presens per decretum confirmamus. Cui in Domino exhortavimus reparaciones monasterii sui, ante ejus introitum valde ruinosi, toto pro posse, reedificare. Nullis affirmat se implicatum debitis. In omnimodis necessariis domus satis laudabiliter provisa. Data etc.

XXX.—TITCHFIELD.

The Abbey of the Blessed Virgin Mary and St. John the Evangelist at Titchfield, in Hampshire and the diocese of Winchester, was founded in the year 1231 or 1232, by Peter de Rupibus, Bishop of Winchester, with canons from the Abbey of Hales Owen, founded and endowed by the same Bishop. The patronage of Titchfield Abbey belonged to his successors in right of the Bishopric. In the year 1246, with the consent of the Bishop (William de Raleghe), the Abbot and convent selected Sir William de Cantilupe and his heirs as advocates of their Church and House.

The following complete list of the Abbots has been compiled by F. J. Baigent, Esq., of Winchester, from the Episcopal Register, &c.:

1232–1238. Richard. (The first Abbot, and came with his brethren from Hales Owen in 1232.)

$123\frac{8}{9}$–1249. Isaac. (Died 19 June, and was buried on the right hand of the first Abbot.)

Henry de Brunewiche. (He was afterwards elected Abbot of Hales Owen, and died there.)

$127\frac{1}{2}$ (oc.). Henry de Spersholte. (He resigned.)

Ivo. (Died 3 March, and was buried in the cloister.)

128$\frac{9}{1}$ (oc.).	Adam.	(Died 14 September, and was buried in the cloister.)
1291 (oc.)–1294.	William de Byketone.	(Died 8 November.)
1305 (oc.).	John de Sydemantone.	(Died 3 December.)
1309 (c.)–1327.	Roger de Candevere.	(Died 5 August.)
1328 (c.)–1348.	John de Combe.	(Died 5 May.)
1348–1349.	Peter de Wyntone.	(Blessed as Abbot 8 June, 1348. Died 14 August 1349.)
1349–1370.	William de Wallope.	(Died 23 May, 1370.)
1370–1390.	John de Thorneye.	(Died 30 September.)
1390–1404 (oc.).	John de Romeseye.	(He received the abbatial benediction on 8 December, 1390, from William de Wykeham at Southwark Chapel. Mentioned as Abbot of Titchfield on 14 October, 1404.)
1420–1427 (oc.).	Richard Aubreye.[1]	(His election was confirmed by John Powle, Abbot of Hales Owen on 12 June, 1420.)
1452 (oc.)–1462.	Thomas Benstede.	(He was removed from Office in 1462 or 1463.)
1463 (oc.)–1470.	William Winchester, alias Fryer.	(Died in 1470.)
1470–1485.	William Austen.	(Died in October 1485.)
1486–1508 (oc.).	Thomas Oke.	
1509–1529.	Thomas Blankepayne.	(He received the abbatial benediction from Bishop Fox, at Esher, on 24 March.)
1529–1535.	John Max.	Abbot of Welbeck in 1520, and consecrated Bishop of Elphin in 1525, was elected or became Abbot of Titchfield in 1529, and held it *in commendam* with Welbeck Abbey.)
1536–1537.	John Sampson, or Sympson.	(Last Abbot, also styled John Salysbury, Suffragan Bishop of Thetford.)

[1] The Winchester Registers for 1416–1448 are lost.

577. Names of the Community of Titchfield. 6 June, 1475.

In Monasterio de Techfelde.

Dompnus Willelmus Awstyn. abbas hujus monasterii.
Frater Thomas Redyng, supprior.
„ Johannes Barton.
„ Johannes Kylneston. vicarius de Techfelde.
„ Johannes Robert.
„ Ricardus Holwey, cantor et circator.
Frater Eduardus Pay, sinescallus.
„ Johannes Romesay, subsacrista.
„ Rycardus Lambethe.
„ Wyllelmus Glowcytir.
„ Thomas Roke.
„ Walterus Benett.
„ Radulphus Exmister.

Novicii professi.

A. fol. 4.

578. General Answers to Questions at the Visitation of Titchfield. 1478.

P. fol. 61. (Reg. Prem. f. 18.)

Cenobium de Tychefeld,
in [comitatu Southamptonie, et]
diocesi Wyntonie,
anno Domini M.CCXXXI.
[a Domino Petro de Rupibus, episcopo Wynton.] fundatum est;
in honore B. Marie virginis ad festum Assumptionis.
Abbas de Hales-Owen est pater abbas.
[Dicatur honori] B. Marie virginis ad festum Assumptionis, quia eodem quidem die quidam frater Ricardus, cum aliis canonicis de Hayles, venerunt ad Tychfeld, ut ibidem reciperent seisinam in festo Inventionis S. Crucis.
Duas habet ecclesias.
Canonici sunt curati perpetui.
Episcopus Wynton. est fundator [sive patronus].

22 July, 1478. **579. Visitation of Titchfield.**

Nothing worthy of correction or report to general Chapter. At times of fast all to take meals in refectory, and there and in other statutory places to observe silence. Bishop corrects abuses in genuflexions; forbids deacon or subdeacon to genuflect at time of elevation at Mass, and priest also, except once *before the elevation of the Blessed Sacrament; all the time of the elevation one of the larger bells to be tolled at all Masses. The brethren to wear almuces beneath cloaks. At last visit monastery owed* £40, *now practically* nil. *All things within and without abundantly provided.*

Visitacio de Techfelde.

A. fol. 14. Anno Domini M°CCCCLXXVIII°., mensis Julii die xxii°., Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium de Techfeld, nostri Ordinis, Wyntoniensis diocesis; ubi nulla comperimus nostra correccione digna, seu generali Capitulo referenda. Tamen pro reformacione quorundam ordinavimus et stricte precipimus, ut conventus omnia in tempore jejunii comedat in refectorio, ut ex vero debito tenentur, et ibi ac in aliis locis deputatis perfecte conservent silencium. Eciam quendam abusum genuflexionis prohibemus, ut neque diaconus aut subdiaconus genuflectent in tempore elevacionis in missa, aut presbiter, nisi solummodo semel ante elevacionem Sacramenti. Et a principio usque finem elevacionis Sacramenti continuo, diversis ictibus, una de majoribus campanis pulsetur, tam in matutinali quam in magna missa. Item mandavimus ut omnes fratres semper utantur amictibus tam sub cappis suis quam extra, sub pena contemptus. In ultima visitacione debuit dictum monasterium xl. libras, nunc vero quasi nichil: laudabili provisione prelati omnia interiora et exteriora cum habundancia diriguntur. Datum etc.

580. Names of the Community of Titchfield. 1478

TECHFELDE

Episcopus Wyntoniensis est fundator. Abbas de Halesowen est pater abbas. Duas habet ecclesias, canonici sunt curati perpetui. Fundatum erat in honore beate Marie virginis ad festum Assumpcionis, anno Domini M°CC°XXXI° quia eodem anno quidam frater Ricardus cum aliis canonicis de Hales venerunt ad Techfeld ut ibidem reciperent seisinam in festo Invencionis sancte Crucis. A. fol. 22 b.

Dompnus Willelmus [*blank in MS.*], abbas.
Frater Edwardus Pays, supprior.
,, Thomas Redyng, circator.
,, Johannes Culmeston, vicarius de Techfeld.
,, Johannes Robertes, capellanus de Corhampton.
,, Johannes Barton, capellanus de Crofton.[1]
,, Ricardus Holwey, cantor.
Frater Johannes Ramsey, sacrista.
,, Willelmus Glowceter, succentor.
,, Thomas Roke, cellerarius.
,, Ricardus London, subsacrista.
,, Walterus Benett, refectorarius.
,, Radulphus Exmester.
,, Johannes Merysshe.

581. Names of the Community of Titchfield. 1482.

NOMINA CANONICORUM MONASTERII DE TECHFELD.

Dominus [*left blank*].
Frater Johannes Romsey, supprior.
,, Thomas Wasse, circator et cantor.
Frater Johannes Papworth, vicarius le Techfeld. A. fol. 46 b.
,, Johannes Robert.
,, Johannes Barton.

[1] It has not been possible to identify this place, but possibly it may be Crofton, about eight miles from Portsmouth.

Frater Thomas Roke, celerarius.
„ Wyllelmus Gloucester.
„ Johannes Maltone, sacrista.
„ Radulphus Axmyster.
Frater Johannes Uvedall.
„ Ricardus Hoggeman.
„ Thomas Clyfford.
„ Thomas Blankepayne.

9 September, 1482. **582. Visitation of Titchfield.**

Bishop Redman finds the general state of the monastery good. The administration of the abbot is excellent. One canon, who had gone out of the enclosure to drink, had been sufficiently punished. Another, who had left the dormitory to fish in the lake within the enclosure, was pardoned.

Visitacio Monasterii de Techfeld.

A. fol. 38 b. Anno Domini quo supra, mensis Septembris die ix., Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium de Techfeld, nostri dicti Ordinis, Wyntoniensis diocesis; ubi facta inquisicione et singulorum examinacione super utroque statu invenimus, Deo gratias agentes, inter capud et membra invicem mutuam concordiam, et stabilem super utroque statu pacem. Ac in spiritualibus et
f. 39. temporalibus per abbatis dicte || ecclesie adminstracionem circumspectam, pre ceteris nostri Ordinis, comperimus monasterium satis laudabiliter ministratum et gubernatum, ac quamplurimis edificacionibus et reparacionibus ab abbate dicti monasterii factis multipliciter emendatum. Comperimus tamen ibidem quendam fratrem Wyllelmum Glouceter nocte septa monasterii exeundo in apostasiam, ubi cum plurimis[1] eciam bibendo et rixando per totam ibidem exstitit noctem, quod proprio suo prelato minime latuit, et eum pro demeritis suis digne corripuit, quem, sic correctum prout meruit, dimisimus. Radulphus insuper Axmyster coram nobis est detectus quod, nocte eciam exeundo, pisces furtive lacubus infra monasterium situatis exstraxit, quem eciam ut digne promeruit comperimus punitum. Et pro hujusmodi [culpa] a

[1] In MS. *pluris.*

voce et stallo privatum, ad intercessionem proprii sui prelati, ipsum in gradum pristinum restituimus et ad omnes honores, ac ut eligere valeat et eligi habilitavimus. Et fratribus Johanne Romsey et Johanne Barton coram nobis pro silencio fracto prostratis injunximus in crastino fore in pane et aqua predictis, remittendo disciplinam inde debitam. Nec alia ad presens comperimus corrigenda seu Capitulo generali referenda, sed fratres dicte ecclesie in humilitate spiritus devote Dei preceptis et Ordinis institutis obtemperantes. Debuit autem in precedenti visitacione prorsus nil. In nostra vero presenti visitacione in eodem permanet statu, habundancius omnibus necessariis valde competenter instauratum. Datum etc.

583. Visitation of Titchfield and Names of the Community. **23 July, 1488.**

Bishop Redman finds the monastery in an excellent state. The abbot, on his election, found the house in debt £100: he has paid off £50.

NOMINA CONFRATRUM MONASTERII DE TECHFELD.

A. fol. 74 b.

Dominus Thomas Oke, abbas.

Sacerdotes:
- Frater Johannes Robert, prior.
- „ Johannes Malton, supprior.
- „ Radulfus Exmyster.
- „ Johannes Barton.
- „ Johannes Bapwarth.
- Frater Johannes Brekbrede.
- „ Ovedall.
- „ Thomas Blancpayn.
- „ Thomas Wasse.
- „ Thomas Cleford.

Novicii:
- „ Willelmus Lambe.
- „ Ricardus Alton.
- „ Egidius Romsey.
- „ Thomas Lewys.

VISITACIO MONASTERII DE TECHFELD.

Anno Domini millesimo CCCCLXXXVIII., xxiii. die mensis Julii, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum dilecto confratre nostro, Roberto Bedall, canonico et priore dicti nostri monasterii de

Schappe, visitavimus monasterium de Techfeld, nostri Ordinis Premonstratensis, Wyntoniensis diocesis; ubi ad inquisicionem, prout tenemur, procedentes, nil prorsus comperimus nostra reforma-
f. 78 b. cione dignum, || nec ulla quidem coram nobis querela est aliquatenus detecta, sed omnia ad presens, sagaci conductu abbatis ejusdem monasterii, prospera conservantur et immaculata. In cujus prima sua creacione invenit dictum monasterium in debitis per predecessorem suum c.li. incurrisse, de quibus minoravit et solvit l.li., aliis curis et oneribus dicto monasterio irruentibus interim diversimode deliberatis. In animalibus eciam et granis mediocriter est provisum. Datum etc.

1 June, 1491. **584. Visitation of Titchfield.**

Before the visit, rumour of contentions between the superior and his subjects had reached Bishop Redman's ears. He makes peace, forbids any reference after he has gone to the state of things before the visit, and leaves the monastery in peace.

Visitacio Monasterii de Techfeld.

fol. 91 b. Anno Domini M°CCCCLXXXXI., prima vero die mensis Junii, Nos Ricardus etc. assumpto nobiscum dilecto nobis in Christo fratre, Roberto Bedall, canonico nostri dicti monasterii de Schappe, visitavimus monasterium de Techfeld, nostri predicti Ordinis Premonstratensis, Wyntoniensis diocesis, in quo quidem de quadam controversia inter capud et membra orta nostras pervenit ad aures, propter quam sedandam, sive a nobis discutiendam, absque temporis retraccione personaliter accedere cogimur, remedium salubre in hac parte, omni cum effectu quo possumus, apponere adoptantes. Quo cursim, prout nostre incumbit visitacioni, pervenientes, diligenti ibidem inquisicione utriusque status prehibita, in re aut in facto non comperimus, sicuti ex sinistra informacione perprius nobis fuisset intimatum, tamen pacem atque concordiam inter illos relinquere cupientes, precipimus, ut quod Christus

nobis sub precepto commendavit attencius, *ut diligamus invicem*, sic inter illos sit pax vera atque perfecta unitas, vera cum filiali obediencia; nil de retroactis ante nostrum adventum iterum verbo, signo aut opere, ad memoriam qualitercunque reducentes, sive in obprobrium alicui post recessum nostrum objicientes, sub pena maximi contemptus. Et sic in pace et mutuo amore, utraque parte voluntarie spopondente, dimisimus, ab omnibus insuper prius perpetratis, omnes ibidem capitulantes plenarie absolventes. Status dicti monasterii meliori constat provisione ministratum plusquam xxx.ti.: in debitis minime obligatum. In animalibus et frugibus satis sufficienter stuffatum. Datum sub sigillo nostro visitatorio, anno, die, mense et loco supramemoratis.

585. Names of the Community of Titchfield. 1491.

Nomina Fratrum Canonicorum Monasterii de Techfelde.

A. fol. 112.

Dominus Thomas Oke, abbas.

Sacerdotes.

Frater Johannes Maltone, supprior.
„ Johannes Papworth, vicarius de Techfelde.
„ Johannes Bartone.
„ Johannes Brekbrede, capellanus de Corhamton.
„ Radulfus Exmyster, cellerarius.
„ Johannes Evidalle, cantor.

Sacerdotes.

Frater Thomas Blankepane, circator.
„ Thomas Was, capellanus de Croffetone.
„ Thomas Clyfforde.
„ Willelmus Lamb.

Novicii et professi.

„ Ricardus Altone.
„ Gylo Romsey.
„ Thomas Rybby.

In quibus, propter continuam aquarum inundanciam, apparet[1] Christianorum interitus.

[1] MS. has *evideat.*

19 June, 1494. **586. Visitation of Titchfield.**

Bishop Redman finds that peace reigns in the house. There are, however, some things to correct. The rector chori *is to be stated on the* tabula *for the week. The abbot is to provide a proper infirmary; a master for the juniors is to be appointed; the canons, two and two, are to serve in the refectory and sit at the table of the one presiding, &c.*

Visitacio Monasterii de Techfelde.

A. fol. 123 b. Anno Domini millesimo cccc nonagesimo quarto, xix. die vero mensis Junii, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum, prout supra, visitavimus monasterium de Techfelde, nostri Ordinis Premonstratensis, Wyntoniensis diocesis. Et licet inter capud et membra mutua intersit concordia, tamen ad presens quedam necessario duximus, tam ex parte abbatis quam conventus, reformanda, videlicet quod qualibet septimana in tabula prenotatur rector chori, qui ad matutinas, majorem missam et vesperas diei, debite chorum regat, et eciam ad vigilias defunctorum, cum in choro cantantur. Et si quid divini cultus atque officii cantus et observancie necligenter fuerit omissum, precipimus quatenus majori studio debite reformetur. Insuper domino abbati precipiendo mandamus, quatenus infra breve numerus augeatur fratrum, quo inde defunctorum exequie, prout tenentur, debite persolventur. Et provideat abbas pro competenti domo infirmorum, ut tempore egritudinis sive infirmitatis eorundem, in eadem fratres more religionis releventur et nutriantur. Preterea mandamus qualiter provideat magistrum pro juvenibus, ut eos sciencia instruat pariter et informet. Et secundum quod consonum conspeximus et ordine consuetum, precipimus ut in refectorio conventus per binos servetur sufficienter de coquina [cum] presidente tamen ad mensam majorem in parte sua ibidem solummodo consedente. Necnon in firmaria,
f. 123*. sive || ubicumque alias commederint cum presidente, sint duo alii vero per iiii serventur numerum. Necnon ibidem nobis querelatum fuit de apostasia cujusdam fratris, Thome Rubby. Et quod ydoneus non est ad concordiam, neque aptus ad scienciam addis-

cendam, sed quia super hujusmodi preante a proprio suo prelato fuit digne correptus, tamen parum melius se habens, idcirco sub districto precepto eidem precipimus quatenus dies sic predictos redimat virtutibus, alioquin domino abbati in mandatis dedimus quatenus ad proximum provinciale Capitulum coram nobis adducat ibidem, quod inde justicia exigit subiturum et habendum. Haud plura in inquisicione sunt allata. Tamen dicta ecclesia ad presens ad summam xxx.li. est onerata: aliter in animalibus, granis, et omnibus aliis necessariis satis laudabiliter provisa. Datum etc.

587. Names of the Community of Titchfield. 1494.

NOMINA CANONICORUM MONASTERII DE TECHFELDE.

Dominus Thomas Ok, abbas.
Frater Johannes Blancpayne, supprior.
„ Johannes Papeworth, vicarius.
„ Johannes Brekbrede.
„ Radulphus Exmister, capellanus.
} Sacerdotes.

Frater Thomas Cleforde.
„ Willelmus Lambe.
„ Thomas Was.
„ Johannes Savage.
} Sacerdotes.
Ricardus Altone.
„ Thomas Rubby.
} Professi.

A. fol. 117.

588. Visitation of Titchfield, and the Names of the Community. 24 October 1497.

Bishop Redman finds nothing to correct, and testifies that all is well. He orders that all are to observe silence better; and that for the future the deacon and subdeacon shall not kneel, but bow at the Elevation of the Host.

NOMINA CONFRATRUM MONASTERII DE TECHFELDE.

Dominus Thomas Ok, abbas.
Frater Thomas Blankpayne, supprior.
„ Johannes Papworth, vicarius.
Frater Johannes Brekbrede, vicarius.
„ Radulfus Exmister, vicarius.
„ Thomas Was.

A. fol. 139.

Frater Johannes Savage, circator et cantor.
„ Thomas Clyfforde.
„ Edmundus Hamtone.
„ Ricardus Altone.
„ Willelmus Lambe, cellerarius.

Frater Thomas Hesilden
„ Thomas Butler
„ Willelmus Goodwyne
„ Walterus Porter
} novicii et professi.

„ Thomas Rubby, apostata ibidem.
„ Henricus Abbat, nondum professus.

Visitacio ejusdem.

Anno Domini ut supra, xxiiii. die mensis Octobris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum predilecto confratre nostro, Roberto Bedalle, canonico et professo nostri dicti monasterii, visitavimus monasterium de Techfelde, nostri Ordinis Premonstratensis, Wyntoniensis diocesis; ubi nulla inveniuntur criminosa, seu nostra correccione digna. Tamen ibidem cunctis precipimus silencium melius solito observari, sub pena statuti, sine aliqua remissione custodiendum. Et diaconus aut subdiaconus de cetero, secundum nostri Ordinis instituta, in elevacione hostie seu percepcione ejusdem nunquam flectant genua, sed reverenter eidem inclinent, casulam sacerdoti attencius supportantes. Et licet moderni dies graves existunt et onerosi, tamen dicta ecclesia nulla debitorum sarcina minime aggravatur. In granis et animalibus satis laudabiliter ulterius provisa. Data etc.

589. Visitation of Titchfield, and the Names of the Community. 22 Sept., 1500.

Bishop Redman orders all variations in the habit to be done away with; the tonsure is to be smaller; silence is to be better observed in the 'four places' by all the canons, whether in the monastery or outside. The corrections, &c., made at visitation are not to be discussed.

NOMINA CONFRATRUM MONASTERII DE TECHFELDE. A. fol. 148 b.

Dominus Thomas Ok, abbas.
Frater Thomas Blannkpayne, supprior.
„ Johannes Savage, precentor.
„ Thomas Clyfforde, circator.
„ Ricardus Altone, subcellerarius.
„ Edmundus Hamptone.
„ Thomas Butler, sacrista.
„ Willelmus Goodwyne.
Frater Johannes Maltone, rector de Challe.
„ Radulfus Exmyster, rector ecclesie Sancti Stephani apud Excester.
„ Johannes Brekbred, capellanus.
„ Thomas Was.
„ Willelmus Lambe, vicarius de Techfelde.
„ Walterus Porter } novicii.
„ Thomas Hasyldene }

VISITACIO EJUSDEM.

Anno Domini MV^c^, xxii. die mensis Septembris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum predilecto confratre nostro, Roberto Bedalle, canonico et sacerdote nostri dicti monasterii de Schappare, visitavimus monasterium de Techfelde, nostri Ordinis Premonstratensis, Wyntoniensis diocesis. Et ibidem audivimus abusionem habitus, nigris collobiis cum liripipiis ejusdem coloris fruendo, quos omnino prohibemus, sub pena excommunicacionis majoris, tam ex parte fratrum in monasterio existencium, quam illorum foris permanencium. Tonsuram omnium, tam intus quam extra, insuper precipimus minorari et reformari, secundum formam religiosorum, statutique effectum, sub pena contemptus. Necnon eciam expro-

braciones correccionum, sive improperaciones reformacionum, post discessum visitatoris quovismodo fieri inhibemus. Et contrafacientes deinceps tanquam rebelles et ordinis prevaricatores per
f. 149. presentes discernimus. Silencium ab || omnibus in iiii^{or} locis debitis precipimus, tam intus quam extra, reformari; transgressores quicunque,[1] sive sint vicarii, sive alias in seculo celebrantes, cum intus pervenerint, secundum vim et effectum statuti, debite corrigantur. Precipimus eciam domino abbati quatenus, omni mora qua commode possit postposita, constituciones et decreta Capituli generalis, non tantum unius sed singulorum, procurat libris suis inseri et penes priorem reponi. Cetera vero honorifice fuerunt et sunt tractata, virtute meritorum et honestatis pululancia. Dictamque ecclesiam laudabili abbatis providencia ad presens comperimus omni ab onere debitorum prorsus fore alienam. In granis, animalibus, ceterisque domus consuetis permaxime provisam etc. Data etc.

XXXI.—TORRE.

The Abbey of Torre, in the county of Devon and the diocese of Exeter, was founded in 1196 by six canons from Welbeck. The names of the abbots are:

1196–1199.	Adam (transl. to Newhouse) (Oliver, *Monast.* 170; No. 593).
1228 (oc.).	Robert (Oliver, *ut sup.*).
1238 (oc.).	Lawrence (ibid.).
1251 (oc.)–1252.	Simon (ibid.).
1264–1270.	Brian (blessing) (*Bronescombe's Reg.*, p. 271).
1270.	Richard (blessing) (ibid.).
1272 (oc.).	Roger (*Cal. Rot. Pat.* 1 *Ed. I.*, p. 718).
1276.	Geoffrey (Oliver, *ut sup.*).
1293–1294.	L(aurencius) (*Quivil's Reg.*, p. 378).

[1] MS. has *quoscunque*.

1307 (oc.)-1316. John (le Rous) (*Bytton's Reg.* 424; *Rot. Pat.* 9 *Ed. II.*).
1330–1346. Simon de Plympton (*Grandisson's Reg.* i. 249).
1345. John Gras (blessed) (ibid. ii. 1002).
1349–1351. John (blessed) (ibid. ii. 1082, 1109).
1352–1372. John Berkedone (*Cal. Pap. Docts.* iii. 472; *Brantingham's Reg.* 32).
1382–1410. William Norton (elect) (*Brantingham's Reg.*, pp. 78–9 *Cal. of Pap. Docts.* v. 463).
1412. Matthew Yerde (*Stafford's Reg.* 214).
1413–1414. William Mychel (elect) (ibid.).
1442–1455. John Lacy (*Monast.* vi. 923; No. 590).
1463–1482 (oc.). Richard Cade (*Hist. MSS. Com. Rept.* v. App. 603; No. 599).
1488–1500. Thomas Dyare (Nos. 600, 606).
1523–1539. Simon Rede (*Valor Eccl.* ii. 361).

590. Prior and Convent of Torre to the Abbot of Welbeck. **24 November, 1455.**

The abbot of Torre, John Lacy, died on 14 November. This is to announce the death as to their father abbot and ask him to appoint a day for the election of a superior. The prior has not come with the seal, as usual, as many spiritual and temporal difficulties prevent him.

Reverendo in Christo patri ac D. D. Abbati de Welbek, sui humiles et devoti prior et conventus vestre filialis domus de Torre, corde et corpore humilibus omnimodam reverentiam et obedientiam tam debitam quam devotam. P. fol. 63. (Reg. Prem. f. 91 b.)

Vestre reverende paternitati lacrimosis suspiriis notificamus, quod venerabilis pater noster, dominus Johannes Lacy, viam universe carnis est ingressus. Obiit autem xxiiii. die mensis Novembris, anno Domini M.CCCC.LV. Cujus animam vestris orationibus devotissimis commendetis.

Quare vestram reverendam paternitatem devote rogamus et humiliter imploramus, quatenus ad dictam vestram ecclesiam filialem eo celerius quo poteritis accedere dignemini; nos, tanquam agnos inter lupos constitutos, benigne consolando, et de

novo pastore providendo, curam ac diligentiam apponere velitis; quia diversimode inquietamur, ac fluctus tempestatis nos perturbant; contra quos, paterna pietate moti, manus adjutrices apponere curetis, si placet, et defensorias festinantius quo valetis.

Et, Domine, licet ex statutis nostri Ordinis sit statutum, ut cum aliqua ecclesia filialis abbate proprio fuerit destituta, prior domus qui pro tempore fuerit, habeat hoc denuntiare patri abbati, deferendo eidem sigillo abbatis sui; hoc ad presens personaliter,
f. 63 b. sub vestra gratia, fieri non potest || ullomodo, pro diversis magnis et arduis negotiis, ecclesiam nostram in temporalibus quam in spiritualibus tangentibus. Sigillum tamen dicti patris sigillo nostro communi consignatum per Willielmum Gambon, ministrum et familiarem nostrum, vobis transmittimus; supplicantes quatenus nobis diem electionis celebrande sine more dispendio dignemini assignare.

Nec moleste habeatis, si placet, quod si aliquam summam pecunie vestris pro expensis pre manibus ad presens non mittimus, quia pro certo satisfiet vobis in adventu vestro, tam de expensis quam de laboribus vestris, quoad, per Dei gratiam, eritis bene contentus.

Interim vestre reverende paternitati, de qua plurimum confidimus, preces effundimus effectuales, quatinus nobis in veniendo ut onerati non sitis, propter diversa gravamina per nostros emulos nobis facta pariter et illata.

Ad regimen sue s. ecclesie vos conservet Altissimus tempora per longeva.

Datum apud Torre xxiiii. die dicti mensis, anno Domini supradicto.

591. The Abbot of St. Radegund's to the Abbot of Torre. 10 Sept., 1456.

As it was reported that the prior of Torre was a noted occasion of discord, he had summoned him to answer the charges, on which he had cleared himself. He now calls upon the abbot of Torre to answer to the jurisdiction of the Order in certain matters or to resign.

Johannes, miseratione divina, abbas monasterii S. Radegunde Ordinis Premonstratensis, Cantuariensis diocesis; reverendissimi in Christo patris ac D. D. Johannis, Dei patientia, abbatis Premonstrati, et abbatum ejusdem Ordinis Capituli generalis in partibus Anglie commissarius generalis, cum sue plenitudine potestatis; venerabili fratri et amico precarissimo, domino abbati de Torre, salutationem paternam. P. fol. 64.

Vobis per presentes innotescimus, quod, ex relatu quorundam fidedignorum monasterii nostri, ac etiam nostri Ordinis zelatorum, nobis infra breve fuerat intimatum, quod quidam dominus Willielmus Nowell, prior vestri monasterii, ut asseritur, foret inter vos et conventum vestrum magnarum litis et discordie seminator, ac etiam pacis et concordie perturbator; super quo, auctoritate nostra prelibata, dictum dominum Willielmum, per literas nostras citatorias, ob hujusmodi publicam famam sedandam, ad comparendum coram nobis, certis die et loco in iisdem nostris literis eidem domino prefixis, ad correctionem anime sue duximus evocandum.

Dicto igitur domino Willielmo coram nobis die et loco sibi prefixis comparente, objectis etiam eidem in forma juris que novimus ex officio nostro sibi objicienda, legitime seipsum inde excusavit; ipsumque sic dimisimus impunitum, justitia id poscente.

Revera (quod permaxime dolendum est) didiscimus, ex ignominia vestra, vestrum monasterium vim patitur; bona || ejusdem f. 64 b.
dilapidantur, et vestra vecordia permittente, perdantur; vestros defensores strenuos et potentes contempnitis; nimis valde onus sustinetis; caritatem firmitatis non amatis; jurgia et murmurationes sustinetis, sedare non curatis; et sic lux, que supra candelabrum

in domo Domini posita lucidius prefulgeret, ponitur sub modio et extinguitur, ac etiam totaliter suffocatur. Multaque alia audivimus contra vos objicienda, ut creditur, probabilia, que honorem vestrum possunt ducere (quod absit) in magnum dedecus et ruborem.

Quocirca, caritatis visceribus, fraternitatem vestram exhortamus in Domino Salvatore, etiam in virtute sancte obedientie firmiter vobis injungendo mandamus, ob evitanda que possint in preteractis emergere pericula, ut nobis per presentes libere bajulum innotescere curetis in scriptis vestro sigillo consignatis una cum sigillo conventuali vestri monasterii, si stare velitis jurisdictioni Ordinis contra omnia vobis in forma juris objicienda, an cessare a regimine vestri monasterii et cura, et habere annuatim ad totum terminum vite vestre viginti marcas cum ceteris proficuis vobis assignandas sub sigillo conventuali vestri monasterii, et per nos de gratia speciali confirmandas? Ad sospitatem utriusque salutis vos conservet Altissimus per tempora longiora.

Scripta in monasterio nostro predicto, decimo die mensis Septembris, anno Domini M.CCCC.LVI.

Venerabili nobis in Christo domini abbati de Torre, nostri Premonstratensis Ordinis, et amico precarissimo.

13 Sept., 1456.

592. The Abbot of St. Radegund's to the Abbot of Welbeck.

It becomes his duty as Commissary of the Abbot of Prémontré to go to Torre to settle the grave discords which exist between the abbot of that house and his convent. He desires to have also the authority of the abbot of Welbeck, who is the 'Father abbot,' to deal with the case.

P. fol. 65. (Reg. Prem. f. 101.)

Sincere dilectionis visceribus, affectu non dimidiato, visu cordis toto, merito gratitudinis semper amplectendo; ut breviter cuncta includantur, que, amico presenti, per verborum flumina possent eructari: premissa recommendatione debita, una cum gratiarum actione multiplici pro pluribus beneficii actenus collatis, seipsum semper et sua ad vota juxta vires.

Pater venerabilis et confrater, vobis innotescimus, quod, in ecclesia vestra filiali de Torre, Exoniensis diocesis, inter abbatem et conventum extat magna discordia, quod maxime dolendum est; subortaque de facili, ut credimus, non potest esse sopita, nisi in brevi illi, ad hujusmodi quorum interest, manus porrexerint adjutrices.

Quocirca placeat paternitati vestre, nobis committere vices vestras, si, ad dictam ecclesiam vestram filialem de Torre, gratia reformationis dicte discordie, auctoritate nobis commissa, accesserimus; etiam auctoritatem vestram paternalem vestris literis patentibus, si necesse fuerit, in omnibus exercere, cum vestre plenitudine potestatis. Ad gregis vobis commisse regimen et munimen diu conservet Altissimus per tempora longiora.

Scriptum in monasterio nostro S. Radegundis, xiii. die mensis Septembris, anno Domini M.CCCC.LVI.

Venerabili nobis in Christo, domino abbati de Welbek, et amico precarissimo.

593. General Answers to the Questions at Visitation of Torre. 1478.

P. fol. 66. (Reg. Prem. f. 18.)

Cenobium de Torre,
in [comitatu Devonie et]
diocesi Exoniensi;
anno Domini M.C.LXXXX.VI (tempore R. Ricardi I.)
[a Willielmo Brewere] fundatum est;
in honore S. Trinitatis.
Abbas de Welbek est pater abbas.

Adam, canonicus de Welbek, cum sex aliis canonicis, venerunt ad monasterium de Torre, in Annunciatione dominica eodem anno.

Iste Adam fuit primus abbas ibidem, et rexit idem monasterium tres annos et dimidium; et tunc translatus fuit in abbatiam de Newhowse.

Sex habet ecclesias.

[Vicarii] quorum unus est canonicus, per episcopum institutus.

Octodecim habuimus abbates.

Comes Devonie est fundator [sive patronus].

1 August, 1478.

594. Visitation of Torre.

Bishop Redman had as companion Robt. Kyppyng, abbot of Durford: found Br. Walter Speyer charged with apostasy, robbery, open rebellion, and other crimes, which he confessed. Sent to Newhouse for forty days' penance and three years' imprisonment, and to stay there for ten years unless dispensed. Sent Br. Ric. Byggode, accused of apostasy, which he did not deny, to Welbeck for forty days, and three years, but at intercession of many held this over till next convocation. Enjoined abbot to increase number of canons, and to see that his canons were appointed to the churches pertaining to the house. Regulations for choir and dress. Seculars not to eat with brethren either in infirmary or refectory, nor to be present at their conferences, drinkings or recreations, except certain boys appointed by abbot. Restored Br. Henry Babidon, deprived of active and passive voice on account of his demerits. Nothing else to correct. Brethren not to drink after compline without urgent necessity and only with permission. Vespers to be at 4 p.m. summer and winter. All to be in bed by 8 p.m., except officials. All officials to render accounts at least once a year.

Visitacio de Torr.

A. fol. 14½b. Anno Domini M° CCCC° LXX° VIII°, mensis Augusti die primo, Nos Ricardus, permissione divina Assavensis episcopus, abbas monasterii de Heppa, alias Schapp, Premonstratensis Ordinis, Carliolensis diocesis, et reverendissimi in Christo patris et domini domini Huberti, Dei et Sancte Sedis Apostolice gracia, Premonstratensis abbatis, tocius Anglie, Wallie, Scocie et Ibernie visitator et reformator generalis, plenissima potestate legitime deput[at]us, assumpto nobiscum venerabili confratre domino Roberto Kyppyng, abbate monasterii de Durforde nostri Ordinis, visitavimus monas-

terium de Torr nostri Ordinis. Exoniensis diocesis, de corrigendis et per nos reformandis diligenter inquirentes tam in capite quam in membris ; ubi comperimus fratrem Walterum Speyer de apostasia, furto et manifesta rebellione, et aliis multis criminibus : de quibus impetitus in pleno capitulo, se reum confessus est. Ideo dictum fratrem Walterum ad monasterium de Newhouse, pena gravioris culpe xl. dierum, et per triennium incarcerari, et deinde per decennium ibidem morari, nisi interdum fuerit misericorditer dispensatum, decrevimus fore emittendum. Quendam fratrem, Ricardum Byggode, de apostasia, de qua impetitus non negavit crimen. Ideo ipsum ad monasterium de Welbeke pena gravioris culpe xl. dierum, et ibidem per triennium decrevimus fore emittendum. Et tunc ad intercessiones proprii sui prelati, abbatisque de de Durford, prioris, supprioris, cellerarii et tocius conventus, pro se importune supplicancium, sub spe emendacionis, suas correcciones et emissiones continuamus et deferri decrevimus, usque ad nostram proximam convocationem celebrandam. Domino abbati injungimus ut augeat numerum canonicorum, et cum totis viribus laboret et laborari faciat ; ut canonici monasterii sui habeant promociones ecclesiarum ad monasterium suum appropriatarum, secundum privilegia et statuta nostri Ordinis. Priori dedimus in mandatis ut corrigat excessus fratrum et culpas cotidie emendari faciat. Et abbati et conventui districte precipimus ut cantent capitula, preces, versiculos et collectas, tam in ecclesia quam in capitulo, secundum tonum et notam nostre alme religionis, infra xl. dies post nostrum recessum, sub pena contemptus. Eciam districte precipimus, sub pena trium dierum in pane et aqua, ut fratres accedant ad divinum servicium, tam ad chorum quam ad capitulum, et ad laborem, districte et devote et processionaliter : et ut fratres utantur almuciis sub capis suis tam intus quam extra, et precipue infra monasterium. Et sub pena districte precipimus trium dierum in pane et aqua, ne seculares commedant cum conventu in firmaria neque in refectorio, nec intersint suis collacionibus, potacionibus et recreacionibus, exceptis pueris per dominum abbatem assignatis.

Et districte precipimus ut fratres sint obedientes mandatis sui proprii prelati, prout tenentur, secundum statuta et privilegia nostri Ordinis, sub pena excommunicacionis majoris. Item quendam fratrem Henricum Babidon voce et stallo [1] legitime privatum, suis demeritis exigentibus; quem ad instanciam sui proprii prelati restituimus ad vocem et stallum et obedienciam nominatam, et ad omnes honores et actus legitimos restituimus, et per presentes abilitamus. Alia non comperimus corrigenda seu merito generali Capitulo referenda. Sed, ex abbatis laudabili provisione et circumspecta providencia, omnia integra conservantur, nullis obligatum debitis dictum monasterium sed plenitudine frugum et vini cum omnibus aliis necessariis abundantissime, tam in novis edificiis
f. 15. quam reparacionibus || pro viris religiosis, tam in spiritualibus quam in temporalibus, gracie divine sufficiencia reficiuntur. Datum sub sigillo commissionali, anno, die, et mense predictis. Item immittimus Ricardum Coryngton officium circatoris et cantoris: Item Johannem Stevyn officium infirmarii atque refectorii. Item districte precipimus ne fratres bibant post completorium, absque manifesta et racionabili causa, et tunc de licencia prioris vel, eo absente, presidentis conventus, sub pena trium dierum in pane et aqua: Item quod conventus eant ad vesperas ad horam quartam et non ante, tam estate quam yeme; et ut conventus sint in lectis ad horam octavam, exceptis officiariis necessitate officiorum suorum. Item districte precipimus quod omnes officiarii acompotizant ad minus semel in anno fideliter, absque colore et dissimulacione, de bonis monasterii, tam de receptis [2] quam de expencis, coram domino abbate, seu ejus certo assignato, sub pena excommunicacionis majoris, atque emissiones [3] ad ecclesias valde remotas, per triennium minime reversuri. Omnibus fratribus dicte ecclesie capitulariter congregatis, ab omnibus sentenciis juris et ordinis absolutis, declaravimus. Item dicte ecclesie confratribus districte precipimus ne excerceant loca suspecta vel inhonesta sub pena contemptus.

[1] MS. has *vocis*. [2] MS. has *exceptes*. [3] MS. has *ad emissiones*.

595. Names of the Community of Torre. 1478.

NOMINA CANONICORUM MONASTERII DE TORRE.

Dominus	Ricardus Cade, abbas.	Frater	Ricardus Coryndun, circator et cantor.	A. fol. 22.
,,	Thomas Dyer, prior.			
,,	Willelmus Collyng, supprior.	,,	Johannes Chester, vicarius.	
,,	Willelmus Hamont.	,,	Johannes Stephun de Dermothe.	
,,	Johannes Dymock.			
,,	Ricardus Bittecom, cellerarius.	,,	Henricus Babydon.	
			Johannes Drycke, novicius.	
,,	Ricardus Byggegoode.			
,,	Thomas Burnell.		Rogerus Legge, novicius.	
,,	Walterus Speyer.			

Comes Devonie est fundator illius monasterii. Abbas de Welbek est pater abbas. || Sex habet ecclesias, quarum unus [vicariorum] est canonicus per episcopum institutus; et octodecim habuit abbates. Fundatum erat dictum monasterium de Torre in honore Sancte Trinitatis, anno Domini M° C° nonagesimo sexto. Quidam Adam, canonicus de Welbeyke, cum sex aliis canonicis, venerunt ad monasterium de Torre in Annunciacione dominica eodem anno. Iste Adam fuit primus abbas ibidem, et rexit idem [1] monasterium tres annos et dimidium, et tunc translatus fuit in abbatem de Newhows. f. 23.

596. Letters of Dimission to a Canon of Torre. 3 August. 1478.

Bishop Rédman writes to John Swyfte, abbot of Newhouse, sending Walter Speyre, a canon of Torre, convicted at the visitation, to be reformed at Newhouse.

(*See Vol. I.*, 147.)

[1] MS. has *eundem*.

3 August, 1478.

597. Bishop Redman to the Abbot of Newhouse.

As a result of his visitation to Torre, he finds one canon convicted of apostasy, rebellion, and theft. He has sentenced him to undergo three years' imprisonment at Newhouse, followed by ten years' residence there. This is to order the abbot to receive him.

P. fol. 67. (Reg. Prem. f. 116.)

Ricardus, permissione divina, Assavensis episcopus, abbas monasterii de Heppa, alias Schappa, Premonstratensis Ordinis, totius Anglie, Wallie, Scotie et Ybernie visitator et reformator generalis reverendissimi in Christo patris domini Huberti, Premonstratensis abbatis; venerabili confratri nostro domino Johanni Swyfte, abbati de Newhous, salutem et mandatis nostris (immo domini Premonstratensis) firmiter obedire.

Novit vestra discretio quod nos visitavimus monasterium de Torre, nostri Ordinis, Exoniensis diocesis. Latorem presentium fratrem Walterum Speyre, ipsius ecclesie canonicum, super apostasia, incontinentia, furto et manifesta rebellione multipliciter diffamatum et convictum comperimus; in scandalum nostre alme religionis.

Et quoniam non potuit debite castigari in domo propria, ad vos, pena gravioris culpe, duximus emittendum, et incarcerari per triennium, et ulterius vobiscum per decennium (nisi interdum alias fuerit secum misericorditer dispensatum).

Vobis igitur mandamus, in virtute salutaris obedientie, quatenus dictum fratrem Walterum (cum ad vos venerit cum presentibus) recipiatis, tractantes eum infra tempus puniendi et extra, secundum quod in statutis Ordinis de talibus liquide continetur, sub pena superinde signata *quinta distinctione Capituli.*

Cui plures ejus confessiones audiendi potestatem [commisimus]
f. 67 b. numerumque || vestium suarum, cum termino veniendi ad vos, in literis sui proprii prelati plenius videbitis contineri.

Datum in monasterio de Torr, sub sigillo nostro commissionali, anno Domini M.CCCC.LXXVIII., mensis Augusti die tertio.

598. Visitation of Torre. 21 September, 1482.

Bishop Redman praises the administration of the abbot and the devotion to duty of the brethren. All are to rise together for matins and to keep the silence in the four places. One canon charged with breaking open the abbot's treasury clears himself. When the abbot is ill the canons are to keep him as he may wish. The abbot is to give the benefices of the monastery to his own canons, and not to seculars.

VISITACIO MONASTERII DE TORRE NOSTRI ORDINIS PREMONSTRATENSIS.

Anno quo supra xxi. mensis Septembris, Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium de Tor, nostri dicti Ordinis, Exoniensis diocesis; ubi comperimus honorabilem prelatum virum utique nimis providum ac in omnimodis utilitatibus monasterio suo acquirendis, pre ceteris nostri Ordinis coabbatibus, invenimus provisum et nimis circumspectum. Qui eciam plura et amena construxit edificia omni laude et cunctorum extollencia digne habenda. Et fratres hujus monasterii die ac nocte divino obsequio devote comperimus deditos, ac patris eorundem preceptis, et nostre religionis institutis, humiliter optemperantes. Quedam tamen comperimus necessario per presens decretum ibidem fore in melius reformanda, que inferius annotantur. In primis videlicet: ut deinceps silencium in quatuor locis debitis, melius solito, reformetur, sub pena in statutis nostris inde debita delinquentibus sine remissione imponenda. Universis insuper in mandatis dedimus tonsuram minorari, ut non excedant tres digitos super aurem. Voluimus eciam et precipimus quod omnes dicte ecclesie fratres humiliter, et sine aliqua contradiccione, obediant prefato priori et suppriori, sub pena manifeste[1] rebellionis. Et omnes in dormitorio jacentes, pariter et processionaliter surgant ad matutinas, sub pena unius diei in pane et aqua. Ulteriusque precipiendo mandavimus quatinus psalmus *Letatus sum* cum versiculis et collectis in missa A. fol. 39 b.

[1] MS. has *manifesti*.

matutinali, quando in choro cantatur, cotidie dicetur; sin autem in majori missa. Quendam eciam fratrem Ricardum Coryndon, ubique locorum comperimus diffamatum, quod claves fieri fecit ad aperiendam arcam[1] ubi thesauri prefati abbatis fuissent reconditi; et quod inde non modicam furtive tulit auri et argenti summam, super quibus coram nobis prostratus se minime reum in hujusmodi est testatus, et se legitime quinta manu secundum Ordinis instituta
f. 40. purgavit; quo facto nos || ibidem sedentes [*sic*] pro tribunali ab hujusmodi scandalo ad bonam suam famam per presentes restituimus. Ac insuper fratribus dicte ecclesie precipimus ut, quando contigerit dictum prelatum aliqua infirmitate pregravari, quoscunque eorundem ad ministracionem et temporalem curam eadem durante infirmitate committere decreverit, nullatenus contradicere presumant, sub pena contemptus, sed fideliter obediant ac filiali diligencia in omnibus sibi administrent. Et domino abbati mandavimus ut canonicis suis beneficia monasterii sui tradere et exhibere procuret, et non presbiteris secularibus sub pena deposicionis. Alia ad presens non comperimus corrigenda seu ad audienciam Capituli generalis referenda. Sed cetera omnia integra conservantur et inmaculata, ita quod nullis obligantur debitis, sed pocius eis plura debentur debita. Aliisque necessariis peroptime ac ditissime exstat dicti abbatis circumspecta provisione stauratum. Datum etc.

1482. **599. Names of the Community of Torre.**

Nomina Confratrum Monasterii de Tor nostri Ordinis.

A. fol. 46 b.

Dominus Ricardus Cade, abbas ejusdem.
Frater Thomas Dyer, prior.
,, Wyllelmus Cullinge, supprior et sacrista.
,, Ricardus Bitcome, cellerarius.
Frater Ricardus Biggott.
,, Robertus Bentele.
,, Henricus Babydon.
,, Ricardus Coryndon, circator et cantor.
,, Johannes Derke.
,, Johannes Dymoke.

[1] MS. has *cera*.

Frater Johannes Cherchefford.
„ Johannes Trompindon.
„ Johannes Ostreyge.
Frater Thomas Humffray.
„ Jacobus Compyne.
„ Rogerus Legge.

600. Visitation of Torre. 25 July, 1488.

The bishop visitor holds the inquiry at Durford. The abbot appeared personally and the community by a proctor. Bishop Redman finds everything in an excellent state, and praises the administration of the abbot.

Nomina Confratrum Monasterii de Tore.

Dominus Thomas Dyare, abbas ibidem.
Frater Johannes Derke, supprior.
„ Willelmus Cullynge, vicarius de Tunstall.[1]
„ Ricardus Byggegod.
„ Robertus Bentley.
„ Rogerus Legge, vicarius de Bradeworthy.
Frater Thomas Humfray.
„ Johannes Hayman.
„ Johannes Ostrege.
„ Johannes Michell.
„ Jacobus Complyn.
„ Adam Coke.
„ Ricardus Milton.
„ Willelmus Schere.

A. fol. 79.

Visitacio Monasterii prefáti de Torre.

Anno Domini millesimo CCCCLXXXVIII., XXV. die mensis Julii, Nos Ricardus etc. assumpto nobiscum dilecto confratre nostro, Roberto Bedall, canonico et priore dicti nostri monasterii de Schappe, visitavimus monasterii de Tore nostri Ordinis abbatem in propria sua persona, suumque conventum per procuratorem, sufficienter ibidem comparentem apud monasterium de Durford, nostri Ordinis, eo quod pro majori solicitudine ad monasterium suum personaliter ad presens accedere nequimus; ubi comperimus inter capud et membra caritatem et pacem, atque ex abbatis notabili atque laudabili provisione, veraque conventus filiali

[1] *I.e.* Townstall, in Devon, eight miles from Totnes.

obediencia, uterque status viget intus et extra, ita quod licet in sua creacione onere debitorum plusquam l. markarum involvebatur, nunc nil, sed et c. marke eis debentur; et iii^xx oves tantum invenit, nunc cc., sua circumspecta provisione, possidet; in granis et aliis necessariis ditissime stuffatur. Datum.

24 May, 1491. **601. Visitation of Torre.**

The bishop has before him a canon charged with incontinence: but he clears himself. Bishop Redman warns all to be careful not to consort with suspected people. Games for money, and especially tennis, are prohibited. He exhorts the canons to carefully observe the statutes and customs of the Order. The deacon and subdeacon are not to kneel at the elevation.

Visitacio Monasterii nostri Ordinis de Torre.

A. fol. 91. Anno Domini millesimo cccclxxxxi., xxiiii. die mensis Maii, Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium de Tore, nostri Ordinis, predicti Exoniensis diocesis, assumpto tamen nobiscum dilecto nobis in Christo confratre nostro, Roberto Bedall, nostri dicti monasterii de Schappe; ubi comperimus Thomam Umfray multipliciter diffamatum cum quadam muliere, vocata Johanna Guby; super quibus coram nobis impetitus crimen hujusmodi prorsus negavit, et nihilominus trina manu legitime inde se purgavit. Quibus sic rite peractis nos prefatum Thomam ad bonam famam et pristinum statum restituimus per presentes, precipientes eidem et omnibus dicte ecclesie confratribus, in virtute salutaris obediencie, quatenus evitant consorcia mulierum quovismodo suspectarum, et in firmaria, vel dormitorio, sive aliis locis suspectis, cum illis non comedant aut bibant. Inhibemus eciam ne exeant fratres extra situm monasterii, sine speciali licencia abbatis, sub pena apostasie, nec in domibus secularium infra unam leucam a monasterio distantibus, comedant sive bibant. Ludos insuper quoscunque pro turpi lucro inhibemus, presertim illum ludum, vocatum vulgariter [illegible], omnino interdicimus sub pena contemptus. Et ut minoren-

tur tonsure fratrum, secundum illud quod in statutis nostris continetur. Observancias nostre religionis cum cantu divinorum precipimus, sicuti nostro ordinali convenit et statutis in melius reformari, quatenus fratres dicte ecclesie de bona conversacione sint agentes, ea que nostre religionis sunt perficere facientes, secundum illud quod sanctus Jacobus dicit: *Qui perspexerit in legem sibi traditam, et permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis existens, hic beatus in facto suo erit etc.*[1] Inhibemus insuper ne diaconi aut subdiaconi, utrique misse assignati, in elevacione hostie de cetero genua flectant, sed eidem reverenter inclinent, secundum quod nostris convenit institutis. Et omnes absentes et in nostra instanti visitacione non comparentes, discrecioni abbatis relinquimus puniendos. Cetera alia non invenimus a tramite nostre religionis deviancia, que nostra indigent || correccione digna seu Capitulo generali referenda; nec aliquibus dictum monasterium obligatur debitis, quamvis nonnullis in sua creacione obligabatur debitis. In granis nihilominus ac omnimodis ceteris domus necessariis, ejusdem abbatis industria [et] providencia, peroptime stuffatum. Datum sub sigillo nostro, anno, die et loco supradictis. f. 91 b.

602. Names of the Community of Torre. 1491.

Nomina Confratrum Monasterii de Tore.

Dominus Thomas Dyer, abbas.
Frater Johannes Derke, supprior.
,, Ricardus Biggegood, circator.
,, Robertus Bentley.
,, Thomas Umfray, cantor.
,, Johannes Haymane, succentor.
,, Johannes Ostryge.
,, Johannes Michelle.

Frater Jacobus Cumplynge } diaconi.
,, Adam Coke } diaconi.
,, Ricardus Myltone } diaconi.
,, Willelmus Cullynge, vicarius de Dertmothe.
,, Rogerus Legge, vicarius de Bradworthy.
,, Edwardus Tryveigy } novicii.
,, Johannes Hoper } novicii.
,, Phylippus Mogge } novicii.

A. fol. 112.

[1] Ep. Cath. S. Jacobi i. 25.

Shoreditch Public Library

12 June, 1494. **603. Visitation of Torre.**

Bishop Redman finds nothing serious to correct, but all in a good state. A canon of Welbeck, who had apostatised by leaving it, appeared to ask for pardon. The bishop sentenced him to three years' strict imprisonment in his own monastery.

Visitacio Monasterii de Tore.

A. fol. 123 b. Anno Domini millesimo cccc nonagesimo quarto, xii. vero die mensis Junii, Nos Ricardus, permissione divina etc., assumpto nobiscum dilecto nobis in Christo fratre nostro, Roberto Bedalle, canonico et professo nostri monasterii de Schappe, visitavimus monasterium de Tore, nostri Ordinis Premonstratensis, Exoniensis diocesis; ubi comperimus quendam fratrem Edwardum Colynsone, canonicum monasterii de Welbek, a quo recesserat apostatando. Et pro hujusmodi scelere, coram nobis lacrimabiliter provolutus, misericordiam anxius imploravit. Cui injunximus penam xl. dierum gravioris culpe, ac in arcta custodia recludi per triennium in domo sua propria, donec alias a nobis ex sua bona conversacione secum fuerit misericorditer dispensatum. Nulla in hoc monasterio invenimus criminosa, sed intus et extra, tam in capite quam in membris, cuncta sunt laudabiliter observata, cum perfecta dilectione adinvicem inter eosdem connexa. Tamen ocularitер super levibus religionis observanciis et divinorum cantu conspeximus necessarie reformandis, in quibus districto sub precepto domino abbati et conventui, secundum consuetudinem nostre religionis, de cetero reformari presens per decretum duximus. Dictamque ecclesiam ab onere debitorum comperimus alienam, in omnibusque necessariis habundantissime stuffatam. Datum sub sigillo nostro visitatorio etc.

604. Names of the Community of Torre. 1494.

NOMINA FRATRUM MONASTERII DE TORE.

Dominus Thomas Dyer, abbas.

Sacerdotes:
- Frater Johannes Derk, supprior.
- ,, Ricardus Bygode.
- ,, Robertus Bentley.
- ,, Thomas Umfray.
- ,, Johannes Haymane.
- ,, Johannes Ostryge.
- ,, Johannes Michelle.
- ,, Jacobus Compyne.
- ,, Adam Cok.

Novicii:
- Frater Ricardus Dyrler, diaconus.
- ,, Edwardus Trevergyne.
- ,, Johannes Hoper.
- ,, Philippus Mugge.
- ,, Petrus Milwarde.
- ,, Johannes Skary.
- ,, Jacobus Suttone.

A. fol. 116 b.

605. Visitation of Torre. 30 November, 1497.

Bishop Redman had been translated to the see of Exeter the previous year, and he protests, to preserve the privileges of the abbey, that he is not visiting it as bishop of the diocese, but as commissary of the abbot of Prémontré. He finds all things in a good and edifying state.

NOMINA FRATRUM MONASTERII DE TORE.

Dominus Thomas Dyre, abbas.
- Frater Thomas Umfray, supprior.
- ,, Ricardus Bygode, circator.
- ,, Willelmus Colynge, vicarius de Tunstalle.
- ,, Rogerus Lege, vicarius de Bradworthy.
- , Johannes Durk, capellanus de Townstalle.
- Frater Johannes Haymane.
- ,, Johannes Machylle, cantor.
- ,, Johannes Ostryge, cellerarius.
- ,, Jacobus Cumpyne.
- ,, Adam Cok, custos infirmorum.
- ,, Edwardus Trevergy.

A. fol. 140.

Frater Ricardus Miltone, succentor.
„ Johannes Hopper.
„ Philippus Moge, subdiaconus.
„ Petrus Mylwarde, accolitus.
Frater Johannes Scary, accolitus.
„ Jacobus Suttone.
„ Thomas Lorymer, accolitus.
„ Willelmus Shyrwille.

VISITACIO EJUSDEM.

Anno Domini MCCCCLXXXXVII., ultimo vero die mensis Novembris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum predilecto confratre nostro, Roberto Bedalle, canonico et professo nostri dicti monasterii de Schappare, visitavimus monasterium de Tore, nostri dicti Ordinis Premonstratensis, Exoniensis diocesis, non quavis auctoritate seu racione episcopalis nostre dignitatis Exoniensis,[1] cum nichil juris pretextu ipsius circa hujusmodi in eodem habemus. Et hoc, primo die nostre dicte visitacionis, et cum protestacione coram venerabili doctore Willelmo Sylk, ob id specialiter a nobis advocato, attestare duximus, ne hoc a successoribus nostris, episcopis Exoniensibus, in futurum videretur ipsis fore debitum, et per consequens contra privilegia nostre religionis verteretur in consuetudinem, et Ordinis maximum in prejudicium. Idcirco omnibus et singulis presens decretum nostre visitacionis quovismodo intuentibus certificamus, dictam ecclesiam de Tore auctoritate et speciali commissione dicti domini Premonstratensis, qua plenarie fungimur in hac parte, ad presens per nos esse visitatam. In qua quidem visitacione diligenti prout convenit prehibita inquisicione [nulla] nostre ibidem audiencie, aut ex parte patris sive conventus promulgata sunt enormia sive criminosa, sed ejusdem abbatis discreta providencia, singula ad Dei laudem et monasterii utilitatem, comperimus honorifice tractata et gubernata. In tantum quod in nullo quod nostro offenderet aspectui sed quod eisdem in omnibus deceat sanctitati. Nec dictam comperimus ecclesiam

[1] Bishop Redman was transferred to the see of Exeter in 1496.

incurrisse debitorum sarcinam, alias vero ditissime tam granis, animalibus, et ceteris necessariis universis esse provisam. Data, acta, et decreta etc.

606. Visitation of Torre and the Names of the Community. 7 August, 1500.

Bishop Redman first renews his protest that he does not visit as bishop of the diocese. He finds all in an excellent state: punishes two canons who had been careless in regard to silence: speaks of mutual reverence, and wishes that skull-caps should be worn only by priests.

Nomina Confratrum Monasterii de Torre. A. fol. 147 b.

Dompnus Thomas Dyer, abbas.	Sacerdotes.	Frater Ricardus Myltone, precentor.	Sacerdotes.
Frater Thomas Umfray, prior.		,, Edwardus Trevyrge, sacrista.	
,, Ricardus Byggode, supprior.		,, Johannes Hoper.	
,, Johannes Haymane.		,, Philippus Mogge, custos infirmorum.	
,, Johannes Ostrage, cellerarius.		,, Petrus Mylwarde	Diaconi.
,, Johannes Mowchelle, circator.		,, Jacobus Suttone	
,, Jacobus Cumpyne, succentor.		,, Johannes Skaree	Novicii.
,, Adam Cok.		,, Thomas Loremer	
		,, Willelmus Scherwelle	
		,, Ricardus Prest	

Visitacio ejusdem Monasterii de Torre.

Anno Domini m° v^c^, vii^mo^ vero die Augusti, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum predilecto confratre nostro, Roberto Bedalle, canonico professo et sacerdote nostri monasterii predicti de Schappe, visitavimus monasterium de Torre, nostri Ordinis Premonstratensis, Exoniensis diocesis; protestando expresse dictam nostram visitacionem ibidem factam, non quavis auctoritate seu

racione episcopalis nostre jurisdiccionis, super quo revera scimus omnino dictam ecclesiam fore exemptam, sed tantum auctoritate dicti domini Premonstratensis, nobis in hac parte plenarie commissa ; ubi omnia ordinate et discrete comperimus disposita inter capud et membra, mutue dileccionis vinculo astricti. Quibusdam tamen fratribus, videlicet Roberto Miltone et Jacobo Suttone, pro silencio fracto coram nobis prostratis, penam in statutis inde debitam injunximus, disciplinam remittendo. Exhortando singulos in hoc se reformare, et sibi invicem debitum prebere honorem, juvenesque senioribus reverenciam cum paciencia exhibere, et infra monasterium nisi in labore tantum piliis volumus uti, donec officio sacerdotali fungantur. Alia in depositis non habuimus. Sed
f. 148. insuper || dicta ecclesia ad presens, abbatis laudabili et circumspecta providencia, nullo debitorum onere constat onusta. Alias in omnibus habundantissime ditata. Data etc.

v. die Augusti apud Tore hora cene, in crastino visitare, et vii. die diffinire.

XXXII.—TUPHOLME.

Tupholme Abbey, in the county and diocese of Lincoln, was founded in A.D. before 1190. Among the abbots the names of some few only are known.

1175 (c.).	Radulph (Harl. Ch. 52, G. 28 ; 58, B. 43).
1230 (oc.).	Galfridus (*Rot. Cl.* 14 *H. III.* p. 404 ; Cott. Ch. v. 63).
s.d.	Willielmus (Harl. Ch. 45, A. 15).
1276 (oc.).	Thomas (ibid. 45, A. 14).
1316 (oc.).	Willielmus (ibid. 45, A. 19).
1348 (oc.).	Rogerus (ibid. 45, A. 17).
1385 ante.	John de Beseby (*Cal. Rot. Pat.* 8 *Ric. II.* p. 522).
t. H. III. (late)–1385.	William de Tynton (*Cal. Pat. Rot.* 8 *Ric. II.* p. 522 ; Harl. Ch. 56, E. 33).

1475–1482.	[John Acastyr] (No. 612; *Hist. MSS. Comm. Rep.* viii., App. 276).
1491 (oc.).	Thomas Sothby [1] (Nos. 121, 613, 617).
1494 (oc.)–1509.	Thomas Gryme (Nos. 617, 619; Harl. Ch. 45, A. 22).
1536 (oc.).	John (last abbot) (*Valor Eccl.* iv. 36).

607. Names of the Community of Tupholme. 1475.

In Monasterio de Tupholme. A. fol. 5 b.

Dominus Johannes Acastyr, abbas.
Frater Johannes York, supprior.
„ Johannes Conysholme, sacrista.
„ Thomas Barughby, circator.
„ Willelmus York, succentor.
„ Johannes Clefeland.
Frater Johannes Morland, subcellerarius.
„ Thomas York.
„ Willelmus Symson, subsacrista.
„ Robertus York, refectorarius.
„ Thomas Sotby } vicarii.
„ Johannes Forlafe }

608. General Answers to Questions at Visitation. 1478.

P. fol. 68. (Reg. Prem. f. 18.)

Cenobium de Tupholme,
in [comitatu et]
diocesi Lincolnie,
[tempore Henrici II., scilicet ante annum Domini M.C.XC.] fundatum est,
[ab Alano et Gilberto de Nevill]
in honore B. Marie Virginis, ad festum Annunciationis.
Abbas de Newhous est pater abbas.
Quatuor habet ecclesias;
set canonici non sunt perpetui [curati].
Comes Westmorlandie est fundator [sive patronus].

[1] He is 'quondam abbas' in 1494 (see p. 162).

12 June, 1478. **609. Visitation of Tupholme.**

A fragment only. Bishop Redman excommunicates a canon as an apostate and fugitive.

VISITACIO DE TUPHOLME.

A. fol. 13 b. Anno Domini M°.CCCCLXXVIII°, xii° die mensis Junii, Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium de Thopholme, nostri Ordinis, Lincolniensis diocesis; ubi comperimus fratrem Thomam Barughby apostatam et fugitivum, quare eum excommunicatum denunciavimus [et] in scriptis interdicimus, sub pena excommunicationis omnimodes . . . . [*Ends here abruptly.*][1]

1478. **610. Names of the Community of Tupholme.**

TUPHOLME.

A. fol. 19 b. Comes Westmorlandie est fundator. Abbas de Neuhouse est pater abbas; iiii°r habet ecclesias, sed canonici non sunt perpetui. Fundatum erat monasterium in honore beate Marie virginis ad festum Assumpcionis anno Domini M°.C°[XC].

Dominus Johannes Akastyr, abbas.
Frater Johannes Yorke, suprior.
,, Johannes Conysholme, sacrista.
,, Thomas Sotby, celerarius.
,, Johannes Clefeland.
,, Willelmus Symson.
Frater Johannes Morland.
,, Thomas Gryme.
,, Robertus Yorke.
,, Thomas Barowby, apostata.
,, Johannes Forlufe, vicarius de Stainton.
,, Willelmus Yorke, vicarius de Ranby.

[1] Some leaf or leaves are missing in the MS., and the visitations of Brodholme, Newbo, Croxton, Sulby, and Lavenden are wanting.

611. Visitation of Tupholme. 30 July, 1482.

One canon found to be an apostate, but at the intercession of the abbot and community the punishment was forgiven. The enclosure is to be better kept and no one to go out, or to eat outside within a league of the house, without permission. The feast of S. Martha has to be kept with nine lessons.

[Visitacio de Topholme.] A. fol. 29 b.

Anno Domini M°CCCCLXXXIII., penultimo die mensis Julii, Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium de Topholm, nostri dicti Ordinis, Lincolniensis diocesis; ubi comperimus Thomam Ledley apostatam et fugitivum, quem ad intercessionem proprii sui prelati fratrumque suorum pro eo humiliter supplicancium, eum ad omnem pristinum statum restituimus, injungentes precipimusque ei [et] sociis ejus, quatinus diligenter laborent circa scienciam suisque omnino vacent leccioni et erudicioni, ut nostram evitare voluerint indignacionem, et Ordinis acerbissimam disciplinam. Inhibemus insuper districte ne aliquis extra monasterium, vel infra septa ejusdem, commedere presumat, infra unam leugam, sine abbatis licencia perprius petita et optenta, nisi horis nostre religionis professis inde debitis, sub pena gravioris culpe xx^ti^ dierum. Potaciones eciam post completorium, seu huc illucque discursus, districtissime inhibemus, sub pena trium dierum in pane et aqua. Ludos insuper quoscumque pro turpi lucro prohibemus ab omnibus professis dicti monasterii, sub pena excommunicacionis majoris. Alia ad presens non comperimus corrigenda seu Capitulo generali referenda. [Insuper firmiter] precipimus quatinus festum Sancte Marthe, soror[is] Marie Magdalene, celebretur ut festum . . . . . ix. lectionum. In precedenti visitacione debuit monasterium xx. li. modo vero nichil, discreta et [circumspect]a providencia abbatis ejusdem. In aliis necessariis et domorum utensilibus peroptime instauratum. Datum etc.

1482. **612. Names of the Community of Tupholme.**

NOMINA FRATRUM ET CANONICORUM MONASTERII DE TOPHOLME.

A. fol. 45.

Dominus Johannes Akester, abbas.
Frater Johannes Yorke, supprior.
,, Johannes Conysholme.
,, Johannes Morland, cantor.
,, Thomas Yorke, subcellerarius.
,, Wyllelmus Symson, sacrista.
,, Robertus Yorke, circator.
Frater Wyllelmus Spoford.
,, Johannes Kyrkby.
,, Thomas Pynderwell.
,, Wyllelmus Barlinges.
,, Johannes Yorke.
,, Ricardus Browne.
,, Thomas Ledley.
,, Thomas Sotby.
,, Johannes Forluffe.
,, Wyllelmus Yorke.

1488. **613. Names of the Community of Tupholme.**

NOMINA CONFRATRUM MONASTERII DE TUPHOLME.

A fol. 113 b.

Dominus Thomas Sotby, abbas.

Sacerdotes.
- Frater Johannes Morland, supprior.
- ,, Johannes Forlowe.
- ,, Willelmus Yorke.
- ,, Thomas Gryme.
- ,, Willelmus Symsone.
- ,, Robertus Yorke.
- ,, Thomas Pynderwelle.
- ,, Willelmus Barlynges.
- ,, Johannes Yorke.
- ,, Ricardus Browne.
- ,, Thomas Kyrkby.
- ,, Willelmus Leycester.
- ,, Ricardus Doker.
- ,, Henricus Lancaster.
- ,, Willelmus Crosse.
- ,, Thomas Brown.
- ,, Robertus Engdylle.
- ,, Johannes Gyrsyngham.
- ,, Robertus Grauntham, apostata.
- ,, Willelmus Nottyngham.
- ,, Willelmus Coventre, apostata.

Novicii.
- ,, Johannes Garnethorpe.
- ,, Ricardus Hornecastelle.
- ,, Newarke.

Frater Johannes Bever.

614. Visitation of Tupholme. 5 Sept., 1491.

The canons to wear their hoods outside their capes; they are not to have long knives. The abbot is not too easily to allow his subjects to go about hither and thither. The brethren serving the cures attached to the monastery are not to be recalled till next visitation.

VISITACIO MONASTERII DE TUPHOLME.

Anno Domini M°.CCCCLXXXXI., v^to^ die mensis Septembris, Nos Ricardus, etc., assumpto, etc., ut supra, visitavimus monasterium de Tupholme, nostri predicti Ordinis, Lyncolniensis diocesis; ubi omnibus confratribus dicte ecclesie districte precipimus, quatenus omnino caputiis desuper capas cum exierint utantur, longos cultellos non portantes, quos sub pena excommunicacionis interdicimus. Et domino abbati in mandatis dedimus ne de facili peregrinare huc sive illuc deinceps licenciet suos, inaniter vastantes. Et fratres, pensione sibi ipsis assignata, ad necessitatem suorum et monasterii commodum utantur, prout religiosi tenentur. Et fratres foras celebrantes, in curis dicto monasterio annexis, pro religiosa conversacione sua, nobis diversimode ostensa et cognita, precipimus ut ad claustrum inde non revocentur usque ad proximam nostram visitacionem, sed libere prout sunt continuare permittantur. In aliquo debito minime dictum monasterium obligatur, aliter granis et animalibus laudibiliter provisum. Datum, etc. A. fol. 95.

615. Grant by Thomas, Abbot of Tupholme. Undated; post 1491.

The church of Middle Rasen granted, with the approval of Bishop Redman, to R. B., one of the canons.

(*See Vol. I., No.* 121.)

1 October, 1494. **616. Visitation at Tupholme.**

Bishop Redman visited by proxy, as the abbot was seriously ill in bed. The commissary reported that he found nothing which required the bishop's personal interference. The abuses found at the late election in the way of apostasy and incontinence are to be corrected by the abbot.

Visitacio Monasterii de Tupholme.

A. fol. 128. Anno Domini millesimo CCCCLXXXXIIII., primo quidem die mensis Octobris, Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium de Tupholme, nostri Ordinis Premonstratensis, Lincolniensis diocesis, per capellanum nostrum fratrem Robertum Bedalle, eo quod dominus abbas dicti monasterii gravi manifestaque infirmitate sit detentus, in tantum quod de lecto assurgere minime potuisset. Et ibidem omnibus dicte ecclesie fratribus singillatim per dictum nostrum capellanum de et in omnibus, tam de capite quam de membris, ceterisque nostro in Ordine consuetis, diligenter examinatis, sed nulla nostra correccione seu nostre audiencie referenda reperit digna, sed omnia integra religioseque sunt integraliter conservata. Attamen omnia crimina tam apostasie quam incontinencie quorundam fratrum, dicti ultima eleccione abbatis, qui nunc est, detecta, allata, ulteriusque probata, discrecioni abbatis eorundem auctoritate nostra corrigenda, et merito reformanda relinquimus, sicuti consciencium nostram et suam exonerari coram Deo voluerit, tamen voce, stallo, et obediencia nominata nobis tantummodo reservatis.

1494. **617. Names of the Community of Tupholme.**

Nomina Fratrum Monasterii de Tupholme.

A. fol. 119 b.

Dominus Thomas Gryme, abbas.	Frater Johannes Conysome.
Frater Thomas Sotby, quondam abbas.	,, Thomas Pynderwelle, supprior.

Frater Willelmus York.
,, Willelmus Symsone, sacrista.
,, Willelmus Barlynges.
,, Johannes York.
,, Johannes Forlove, vicarius de Staintone.
,, Robertus York, vicarius de Ranby.
Frater Ricardus Browne, vicarius de Rasyne.[1] f. 120.
,, Johannes Gaynthorpe
,, Ricardus Horncastelle
,, Thomas Willingham
} novicii.

618. Visitation of Tupholme and Names of the Community. 13 Sept. 1497.

One canon found guilty of fostering contentions is punished. Another, charged with incontinence, is sent for five years to another monastery. A third, charged with insubordination and speaking against his abbot, is removed to the abbey of Sulby.

NOMINA CONFRATRUM MONASTERII DE TUPHOLME.

Dominus Thomas Gryme, abbas.
Frater Thomas Sotby, quondam abbas.
,, Thomas Pynderwelle, supprior.
,, Johannes Forluf, vicarius de Staintone.
,, Willelmus York, vicarius de Randby.
,, Willelmus Symsone.
Frater Robertus York, vicarius. A. fol. 135 b.
,, Willelmus Barlynges.
,, Johannes York.
,, Ricardus Browne, vicarius de Media Rasyne.
,, Ricardus Horncastelle
,, Thomas Willingham
} novicii.

VISITACIO EJUSDEM.

Anno Domini MCCCCLXXXXVII., xiii. die vero mensis Septembris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum predilecto confratre nostro, Roberto Bedalle, canonico et professo etc. visitavimus monasterium de Tupholme, nostri Ordinis Premonstratensis, Lincolniensis

[1] *I.e.* Middle Rasen, Lincolnshire, two miles from Market Rasen.

diocesis; ubi Willelmus Barlynges detectus est super lite et contencione inter fratres, sed quia prelatus se aliquantisper emendari testabatur, ideo injunximus eidem Psalterium integrum dicendum. Item de Thoma Pynderwelle coram nobis enormiter vixisse allatum est, quod divinum servicium minus debite sive religionem observabat, necnon quod incontinens cum quadam muliere nomine Philippa fuerat, cujusquam habuit prolem, super quibus purgacione sibi imposita quinta manu non potuit se purgare, quare [1] injunximus eidem xl. dies gravioris culpe et ad monasterium de Croxton per quinquennium emittendum. Item insuper detectus est frater Johannes Forluf, de manifesto proprii sui prelati et omnium fratrum suorum scandalo, de insubordinacione erga prelatum, et quod contumeliosis verbis dictum prelatum affirmabat fore injustum et falsum, super ulla premissorum purgacione sibi indicta quinta manu non potuit se purgare. Idcirco, ut tenemur secundum Ordinis instituta, injunximus eidem xl. dies gravioris culpe, et ad monasterium de Sulby per decennium fore emittendum. De regularibus observanciis in omnibus capitulantibus decrevimus, sub pena contemptus, de cetero reformari. De debitis tantum debetur quantum debet. In granis et animalibus satis sufficienter provisum. Data sub sigillo nostro visitatorio, anno, die, mense et loco supradictis etc.

November, 1500.

619. Visitation and Names of the Community of Tupholme.

Bishop Redman finds all well and only slight matters to correct. He forbids all drinking after compline and that the community ever leave the dormitory at night without permission. The canons are to go out of the enclosure in twos and threes.

Nomina Fratrum Monasterii de Tupholme.

A. fol. 154.

Dominus Thomas Gryme, abbas.
Frater Willelmus York, supprior.
Frater Willelmus Symsone.
„ Thomas Pynderwelle.
„ Johannes Yorke, vicarius de [*blank*].

[1] MS. has *quia*.

Frater Ricardus Browne, vicarius de [*blank*].
„ Thomas Willingham.
„ Johannes Bowe.
Frater Thomas Bryk.
„ Thomas Thymmylbe.
„ Johannes Scharype.

Visitacio ejusdem.

Anno Domini M.D., viii die mensis Novembris, Nos Ricardus etc., assumpto, ut supra, visitavimus monasterium de Tupholme, nostri Ordinis Premonstratensis, Lincolniensis diocesis ; ubi mutuam et fraternalem inter capud et membra comperimus unitatem et dileccionem, ita quod nulla fuerunt utriusque coram nobis detecta, tamen in minoribus observanciis que ad oculum occurrerunt, prout coram dictis fratribus verbotenus exposuimus, que reformari precipimus, sub pena contemptus. Potaciones post completorium inhibemus, et ne exeant fratres dormitorium nisi abbatis specialem habeant licenciam, ad quem licebit eis || quavis necessitate tunc adire. f. 154 b.
Et ne eant fratres extra, nisi sint duo vel tres, secundum Ordinis instituta, nec ad hoc concedatur eisdem licencia. Et a nobis officio supprioris Ricardo Horncastelle injuncto, cui districte precipimus quatenus sit solicitus circa fratres suos nocte et die, ut religionem cum omnimodis regularibus observanciis custodiant. Et licet sit juvenis etate,[1] senex fiat virtute, pacienciam bonumque exemplum ceteris prebendo. Dicta ecclesia nullis debitorum oneratur creditoribus. In animalibus et granis satis laudabiliter provisa. Data etc.

XXXIII.—WELBECK.

The abbey of Welbeck, in the county of Nottingham and the diocese of York, was founded in A.D. 1153 from Newhouse. It claimed to be the mother house of nine of the English Premon-

[1] In the list of 1497 Richard Horncastle is set down as a novice.

stratensian abbeys, but this was disputed in regard to Titchfield and Talley. The names of its abbots are the following :

1153–1169 (oc.) Berengarius, 1st abbot (Addy, *Beauchief*, p. 25; Harl. Ch. 45, A. 30).
1183–1194. Adam (Add. MS. 28117; Harl. Ch. 45, A. 6).
1194–1214. Richard (Addy, p. 53; Harl. Ch. 49, I. 16; Hugo, ii. DCXCVIII.).
1215–1224. Richard (? if same as above) (Hugo, i. DCXXIII.).
1229–1243 (oc.) William (*Cal. Rot. Pat.* 13 *Hy. III.*; Woll. Ch. I. 49).
1278 (oc.) E . . . (Nash, i. 514).
1281 (oc.)–1292. Thomas (*Dep. Keep. Rept. L.* App. I. p. 110; Woll. Ch. I. 52)
1309 (oc.) John de Dugmanton (*Monast.* vi. 925; No. 3).
1310 (elect.) John de Castrefield (*Monast. ut sup.*).
1316. William de Kendale (*Monast.* 872.)
1322–1334 oc. John de Nottingham (*Monast.* ibid.; *Cal. Rot. Pat.* 8 *Ed. III.*, p. 65).
1335 (elect). Willam de Aslakeden (*Monast.* vi. 925).
1341. Robert Spalding (No. 620; *Grandisson's Reg.* ii. 1109).
1349. John de Wirksop (*Monast.* vi. 925).
1360. Hugh de Langley (*Monast.* vi. *ut sup.*).
1369 oc.–1387. George de Gamelston (ibid.; *Cal. Rot. Pat.* p. 321–342).
1389 (oc.). William de Staveley (*Monast. ut sup.*).
1393–1462 (oc.). John Bankwell (*Cal. Rot. Pat.* 16 Ric. II. 218; *Stafford's Reg.* p. 350).
(1412 oc.) / 1450 ob. John de Norton (*Stafford Reg.* p. 350; Woll. Ch. I. 61, No. 621).
1450–72. John Greene (No. 621; Woll. Ch. I. 61).
1472–86. William Burton (Nos. 637, 639).
1488–1491. John Lancaster *or* Acastyr (ibid.).
1492 (oc.). John Copper (*Surtees Soc.* lvii. 133).
1494–1501. Thomas Wydur (No. 641; Addy, p. 113).
1502 (oc.). Robert (? Thornton) (No. 411).
1503. Thomas Wilkinson (No. 70).
1519 (oc.)–1531. John (Kirk, p. 204; *Valor Eccl.* v. 170).

620. Question of an Election at Welbeck. 20-21 July, 1341.

The abbot of Langdon, as commissary of the abbot of Prémontré, to the abbot of Sulby: he has heard that one of the canons, lately convicted of certain crimes at Welbeck, has been elected abbot. He is to cite him to answer and to certify to Prémontré that he has done so. The documents of (1) *citation and* (2) *certification are given.*

Frater Willielmus, abbas humilis ecclesie de Langdona [vicem] gerens reverendi patris et D. D. Johannis D. g. Premonstratensis abbatis, et in partibus Anglicanis ejus plenitudinem potestatis habentis; venerabili in Christo fratri abbati de Suleby, salutem et sinceram in Domino caritatem. P. fol. 69. (Reg. Prem. f. 109 b.)

Cum dudum frater Robertus de Spaldyng, canonicus ecclesie de Welbek, nostri Ordinis, super crimine conspirationis manifeste et aliis criminibus coram nobis hanc dictam ecclesiam de Welbek et omnes alias nostri Ordinis regni Anglie visitantibus, auctoritate D. Premonstratensis et Capituli generalis cum plenitudine potestatis, fuerat publice, notorie et multipliciter irretitus et convictus (prout per instrumenta publica luculentius poterit edoceri) et nunc, ut intellexerimus, in abbatem ecclesie de Welbek prelibate minus canonice est electus:

Vobis mandamus, in virtute s. obedientie et sub pena excommunicationis quam in personam vestram, si mandatis nostris non parueritis in hac parte, canonica mentione premissa, ferimus in hiis scriptis; quatenus dictum fratrem Robertum in abbatem ipsius ecclesie de Welbek, sic premittitur, de facto electum, citetis seu citari faciatis precise et peremptorie, quod personaliter coram nobis secundo die juridico post festum S. Mathei Evangeliste proxime sequens in ecclesia nostra de Langdona compareat, secundum formam juris et Ordinis nostri statutorum, super causa pretacta et aliis concernentibus ex officio nostro sibi objiciendis responsurus, ulteriusque facturus quod justitia [suadebit].

De die vero receptionis presentium, et quid in premissis

faciendum duxeritis, nos dictis die et loco certificetis per literas vestras, harum seriem continentes.

Datum in Ecclesia de Wenlyng, die Mercurii proxime post Festum Translationis B. Thome Martyris m.ccc.xli.

Citatio.

f. 69 b. Frater Walterus, Dei patientia, humilis abbas de Suleby, fratri Roberto de Spaldyng, canonico ecclesie de Welbek, et in abbatem ipsius ecclesie de facto electo, salutem in Auctore salutis.

Mandatum reverendi patris ac D. D. Willielmi, D. g. abbatis de Langdona, vices gerentis etc. recepimus, formam continens infrascriptam. [Tunc recitat, prout supra. Tum sequitur :]

Hujus igitur auctoritate mandati, vos fratrem Robertum antedictum, per presentes literas nostras ac etiam (ad majorem hujus rei notitiam et securitatem) per fratrem Rogerum de Burgo, concanonicum nostrum et confratrem, ad hoc per nos specialiter deputatum, citamus precise et peremptorie, quatenus coram prefato D. abbate de Langdona, secundo die juridico post festum S. Mathei Evangeliste proxime sequente, in ecclesia sua de Langdona antedicta, personaliter compareatis, juxta formam mandati superius expressi responsuri et recepturi.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum in ecclesia nostra de Suleby, in festo S. Margarete virginis, anno Domini supradicto.

Certificatio ejusdem.

In Dei nomine, Amen. xxi. die mensis Julii, anno Domini m.ccc.xli. in camera D. Roberti de Spaldyng, abbatis de Welbek, in mei Ricardi de Selby, notarii publici, et testimoniorum subscriptorum presentia (presente quoque dicto D. Roberto, abbate de Welbek) fuit ista citatoria exhibita et lecta per fratres Rogerum de Burgo et Willielmum de Eppeworth, asserentes se

canonicos de Suleby; presentibus discretis viris Willielmo de Gedlyng, Johanne de Retford, et Johanne de Blida, canonicis predicte abbatie de Welbek.

621. Election of John Greene as Abbot of Welbeck. 28 Sept., 1450.

The election was held by the abbot of Newhouse, on the death of John de Norton. The abbot of Dale was present to assist, and the community asked these two abbots to select a superior. After much consideration and consultation they chose one of the canons, John Greene.

Omnibus Christi fidelibus quos presens tangit negotium seu tangere poterit quomodolibet in futuro, Frater Robertus, Dei patientia, monasterii de Neuhous, Ordinis Premonstratensis, Lincolnieque diocesis, abbas, licet indignus, salutem et notitiam veritatis. P. fol. 70. (Reg. Prem. f. 49.)

Universitati vestre innotescimus, presentium per tenorem, quod vacante ecclesia nostra filiali de Welbek, Eboracensis diocesis, per mortem pie memorie D. Johannis de Norton, nuper abbatis ejusdem; ipsiusque corpore ecclesiastice tradito sepulture; ne, ex vacatione diutina, ipsa ecclesia graviora sustineret incommoda; secundum nostri Ordinis privilegia et statuta, fratribus dicte ecclesie sic vacantis diem electionis novi abbatis in eadem facienda, diem viz. tertium decimum mensis Aprilis, cum continuatione dierum immediate ex tunc sequentium usque ad dicti negotii plenariam expeditionem, assignantes; fratres absentes, qui supradicte electionis negotio interesse deberent, ad dictos diem et locum, decrevimus sollicite fore vocandos.

Quo quidem advenient[illegible] die, Missaque de S. Spiritu solemniter decantata; ac postea, omnibus et singulis quorum intererat in hac parte, una nobiscum ac venerabili confratre nostro D. Johanne, monasterii de Dala abbate, nobis (ut in dicte electionis negotio assideret) specialiter coassumpto, in domo capitulari ibidem presentibus; invocataque inprimis imni devotione qua

potuimus gratia Spiritus Sancti, recitatoque Capitulo statutorum nostri Ordinis, de electione abbatum ac formis electionum, et maxime ea que fit per compromissum, eisdem diligenter expositis : dicti monasterii de Welbek confratres omnes et singuli, ex certis et rationabilibus causis, exque suis mero motu certaque scientia se ad hoc monentibus (non coacti, nec callide circumventi, set pure, sponte, libere et absolute) ad providendum eidem monasterio
f. 70 b. de Welbek predicto de abbate futuro || necnon ad eligendum seu assignandum abbatem et pastorem ecclesie sue predicte, vice sua, nobis et confratri nostro college predicto conjunctim (prout, per literas suas patentes inde plenius confectas, suoque sigillo communi consignatas, liquido apparet) liberam, puram, et plenam dederunt potestatem.

Quarum auctoritate literarum, nos Robertus et Johannes de Neuhous et de Dala, ut premittitur ecclesiarum abbates, legitime procedentes ; post diversos tractatus multiplicium patrum Ordinis nostri predicti, tandem, favente gratia Divina, in fratrem Johannem Grene, canonicum de gremio ecclesie de Welbek sepedicte, concorditer direximus vota nostra (virum providum et discretum, vita et moribus merito commendandum). Unde nos frater Robertus, abbas de Neuhous, premissa vice mea et dicti college mei, deque rogatu ipsius college mei speciali, vice etiam totius Capituli de Welbek predicta, prefatum fratrem Johannem Grene in patrem sepedicte ecclesie de Welbek elegimus providemusque publice et pastorem.

Cujus electionem, provisionemque, sic, ut premittitur, canonice factam, nos, frater Robertus, abbas de Neuhous, predicte ecclesie de Welbek pater abbas et judex ordinarius, non solum per dictum collegam nostrum requisitus, set et etiam per omnes et singulos dicte ecclesie de Welbek confratres, in domo capitulari ejusdem ad tunc presentes, humiliter rogati, et ad hoc pariter requisiti, auctoritate nostra paterna, dicti electi atque provisi consensu prius requisito et obtento, secundum Ordinis nostri privilegia et statuta, approbavimus, ratificavimus, et confirmavimus per decretum.

Quibus omnibus superius expressis legitime peractis, confratres ecclesie de Welbek predicta, ipsum electum et confirmatum in oratoriam, coram magno altari, *Te Deum laudamus* solemniter decantando deportarunt. Ipsoque corporali possessione ejusdem ecclesie investito, ac in stallo abbatis ibidem per nos installato, inque capitulum predictum reducto, eidem postea obedientiam manualem, tanquam patri suo et pastori, sine reclamatione aliquali seu protestatione, omnes et singuli confratres predicti legitime fecerunt; obedientiariis interim ad ipsius pedes claves suas submittentibus, in signum obedientie et subjectionis: ab ipso electo primitus prestito sacramento, de compositione inter ipsam ecclesiam de Welbek et venerabilem patrem D. Johannem Houthom, quondam Eliensem episcopum, pro manerio suo de Cucknay in suis articulis observanda.

In quorum omnium testimonium atque fidem, sigillum nostrum, una cum sigillo dicti D. abbatis de Dala, ac sigillo dicte domus de Welbek communi, presentibus est appensum.

Datum et actum in ecclesia de Welbek predicta die et mense supra mentionatis, anno Domini M.CCCC.L.

622. Richard Clerk of Coventre, to John Green, Abbot of Welbeck. **28 Sept., 1454.**

He writes in regard to apprenticing his nephew and in vindication of himself from the aspersions of Thomas Bristowe, priest, in his letter to the said abbot; as also touching his own intended pilgrimage to our Lady of Doncaster.

Ryght honorabull & wyrchipfull Sir,

I comaunde me to yow, desiryng to here youre welfare, the qwhich almygti God increce to hys Plesure & to yor moste Wirschipe & hertis desyre; thankyng you of all love & kyndnes to me schewed at all tymes; prayng yow of gude continuance. P. fol. 71. (Reg. Prem. f. 112 b.)

Plese it yow to here of me. At the makyng of this lettyr, I was in gude hele of body (thanked be God) & mych more at Hertys ese to here of youre welfare & prosperitie; the which I

pray to allmygty God [to] preserve kepe & now & evermore, Amen.

Plese it yow to wytt, that I have resseved a Letter frome yow & youre kynnes-mon Harry, the xxvii. Day of Decembr.[1] Anno XXXIII. The tenor of yor Lettre is, that I schulde lyke hym be tho Pawsacion of a Fourt-nygt, for til hafe hym os my Prentys.

And forsothe I lyke the chylde wele & his conditions; supposynge to me (& he mygte hafe bene sufferd for wikked persounes) that he schuld have preved right a gud man & a wirschippfull; to the plesur of God and wirschip tyl his frendys, whose names bene thees; Thomas Bristowe, preste; and Jonh Oley, &c. The qwhich Thomas Bristow hase dayle his moder curse: *Ille est seminator seminans discordie semen inter amatores & matrem suam & fratres suos;* et sic habebit benedictionem S. Thome dicentis, *maledictus est ille qui seminat semen discordie inter uxorem & maritum.*

f. 71 b. Notwythstondyng, I hade proposede to a vysset yow, & to hafe soght that blessyd Virginne oure Lady of Doncastre now this Flesch-Tyme; bot (os I was enformid) ther was so grete wynde in Schirwod, that hit hade bene no sesenabull tyme for me (at that tyme made be tho persones aboveseyde) & I hade cummen with xl. horses I schulde hafe bene overthrowne, os it was sayde.

And, be the grace of God, at our next metyng, declaracion of the trouth schal be known, that the contrary schal be trow to the tennor of the letter that Thomas Bristow sende you; that ye, & Harry's fadir, & Harry, & all his gude frendys schal thank hym hereafter his deserve.

Notwithstondynge, yf ther be any thynge that I hafe do, may do, or can do to yow or any of yours, faythfully & hertele hit schal be do.

And, os towchynge your cosyn Harry, yf ther be any persone within our sayde cetie of any faculte that he desyres to, I schall do my labor [&] my dilgens to the prophet & wurschypp of the

[1] So in MS., but it should be 'September.'

chylde at your instaunce. And I pray you, that ye walde comaunde me to his fadir, os for a unknown man. And no more to yow at this tyme, bot the Holy Goste hafe yow in his kepynge. Wryten at Coventre the xxviii. day of Septembre,

be yowre awne

RIC. CLERK DE COVENTRE,

mere in omnibus possibilibus.

Reverendissimo in Christo patri ac domino abbati de Welbek hec cedula presentetur.

623. Letter to the Abbot of Welbeck. **1450 (?)**

John Wedurby, a servant of the abbot's, writes in defence of himself, in answer to his enemies' misrepresentations of him.[1]

Ryght honorable & wirschipfuli. With all manner of lowly wyse I commaunde me to your gode Lordschyp, so interely os I can ymagyn; desyring to know of your gude nobill and continuall prosperite both of body & soule, which the gloryfyde Graunter of Grace supporte, incresse, and mayntene, to his dyvyne plesure & your cordiall desyre. P. fol. 72. (Reg. Prem. f. 112 b.)

Moreover, yf it plese your gudeness, hit is done me to wytt, that ye stande my hevy lorde; which, if it so were, shulde be to me grete hevynes; bott, I triste to God, tho contrary. For faythfully, als far as my power may extende, ye, nor none that longeth to you, never hade noght, hath, nor schall hafe any causes of malignyte nor wrath resonableby agenst me. For I, at my power, schall ever be your servand to do yhow plesur & servyce to the conynge that God hath indowdé me with all.

Wherfor tendirly I beseke your Heghnes to be my gode lorde hereaftyr, as I at all tymes hafe fondyn you to me & all myn

[1] Peck says that he inserted these letters merely as examples of 'the ancient epistolary style.'

beforetyme, for the lufe of oure Lord Jhesu Cryste ; who, for his infynite mercy preserve yow frome all trowbull & adversyte. Amen.

Your own seryand,
JOHN WEDURBY.

To his wirschipfull Lorde the abbot of Welbeke.

1450 (?) **624. John, Abbot of Oseney, to the Abbot of Welbeck.**

As to the death and bequests of Sir John Browne. (*Without date.*)

P. fol. 73. (Reg. Prem. f. 113 b.)

Reverent & ryght worschypfull Fadyr in Cryste, I commaunde me unto you full hertyly ; doynge you to wete, that me full sore repentyth, that your and my full welbelovyd Brodyr, Sir John Brownn, is discesyd and gone to God, the Monday in the Wytsonn Weke in the sykenes of pestilence (of whose soule almygty Jhesu have mercy) which in all his disposition, while he was with hus, was full wele disposed ; &, in his dyinge, full religiusly demenyd hym to you, in disposynge of hys godys : os the bryngar of this byll can more playnlyer enforme you, to whome your sayde Brodyr trust full gretly (os he had a cause) & to whome, I pray you, gefe full credence in syche things, as he schall declare unto your gude faderhode, concernynge the premisses.

And almyghty Jhesus ever preserve you to the continual encrece of religyon. At Oseney in hast, the morowth after the Fest of Corpus Christi.

By your owne at wille,
JOHN, abbot of Oseney.

To the reverent & ryght wirschypfull Fadyr in Chryste, the abbot of Welbeke, this be dolyverde in haste in the moste.

625. Dimissorial Letter of the Abbot of Welbeck. 13 Oct., 1454.

John Lesstryke, a professed canon of Welbeck, had become a Trinitarian friar at Thelesford. The abbot of Welbeck declares that he is free from any obligation to their house and Order, and they to him.

Nos Johannes, abbas monasterii S. Jacobi de Welbek, Eboracensis diocesis, Ordinis Premonstratensis, fratri Johanni Lesstryk, dicti monasterii nostri quondam canonico professo, utriusque hominis salutem et sacre religionis continuum incrementum. P. fol. 74.[1]

Cum, ob fruges et perfectionem melioris vite, in habitu et religione Ordinis S. Trinitatis, te professum didiscimus; ideo (ob nostrarum conscientiarum declarationem et pacem) ab omni jugo obedientie nostre, quo erga nos temetipsum unquam constrinxeris, te relaxamus, et a monasterio nostro predicto, ac etiam ab omnibus aliis monasteriis Ordinis nostri predicti, auctoritate qua fungimur in hac parte realiter liberamus, et liberum te facimus atque plenarie dimittimus, secundum tuum desiderium ac tuam professionem in Ordine predicto S. Trinitatis domoque de Tellseforth;[2] ac etiam, quantum ad nos attinet et de jure possumus, tenore presentium, ratam, firmam et gratam habemus; ita quod nec nos nec successores nostri aliquam actionem vel juris clameum in te, ratione primarie professionis tue in nostris Ordine et monasterio predictis, seu pretextu obedientie facte, exhibite vel contracte, seu alicujus alterius || actionis exigere aut vendicare f. 74 b. potuerimus aliquo modo in futuro.

In cujus rei testimonium, ne ullum veritas sustineat detrimentum, nostrum sigillum duximus fore apponendum. Datum in monasterio nostro predicto, xiii. die mensis Octobris, A.D. MCCCCLIIII.

[1] Peck says that he had this and the next document from a MS. belonging to 'amicum Leicestrensem, 5 Feb. 1732; fol. 34 b.'

[2] This was Thelesford, in Co. Warwick, a house of the Maturins or Friars of Holy Trinity.

9 Sept., 1458. **626. Thomas Hill, Rector of Chesterford, to the Abbot of Welbeck.**

About two books which had been left to the monastery, but which he had bought from the abbot and convent. He thinks he has paid too little for them and proposes some methods by which his conscience may be eased.

P. fol. 75. Post recommendationem tam debitam quam devotam. Scire dignetur paternitas vestra reverenda, quod ego Thomas Hill habeo unam Bibliam portativam, et librum Januensis in suo Catholicon (quod habui de D. Ricardo Scot, capellano olim D. Rogeri Waldenn, Cantuarei archiepiscopi,[1] et postea episcopi Londonensis) et quos libros, sicut audivi, unus Willielmus Danyell clericus legavit monasterio de Welbek; sed, per favorem dicti Ricardi Scot, ego dominus Thomas Hill possessionem dictorum librorum adeptus, per media amicorum, eosdem libros de abbate tunc et conventu dicti monasterii de Welbek emi, mihi feci, et solvi tunc pro illis ipsis abbati et conventui lx. solidos sterlingorum (sicut pateat per acquietanciam suam de dato, in domo suo capitulari, xii. die Martii, anno Domini MCCCCXX.).

Sed quia ego, tunc juvenis et lucris deditus mundanis, eosdem libros citra justum pretium forsan adquisivi; conscientia ductus volo, quod, post mortem meam, executores mei liberent vobis et dicto monasterio vestro libros predictos, sic quod resolvatis eis dictos lx. s., quos pro eis solvi, ut prefertur; vel, si non placeat vobis exoptare mortem meam, propter serenationem conscientie mee, et ut dicti libri remaneant dispositioni mee; in emendatione defectuum (si qui intervenerint in premissis) dabo vobis xx. s. sterlingorum.

f. 75 b. Et si volueritis aliquem mittere mihi ut nuntium vestrum, me cito inveniat. Expecto jam in ecclesia mea de Chesterford nigra,[2] que est in Essex, ultra Cantabrigiam ad vii. miliaria, et juxta villam de Walden ad duo miliaria. Cum ergo placuerit rescribatis mihi sub sigillo vestro, ita ut intelligam vos mihi misisse, et hujus-

[1] Roger Walden was Archbishop for one year only, 1398–9.

[2] Probably Little Chesterford, which is three miles from Saffron Walden.

modi xx. s. per ipsum nuntium vestrum remittam vobis. Et si fuerit aliquis scolaris de partibus vestris exercens Scholas Cantabrigie, qui soleat interdum visitare parentes et amicos in partibus vestris, ipse levioribus expensis premissa inter vos et me exequi et facere possit. Et paternitatem vestram conservet semper in prosperis Dei et Virginis Filius benedictus.

Apud Chesterford predicta, in crastino Nativitatis B. Marie Virginis, anno Domini MCCCCLVIII.

Si premissa vobis non placeant, cum finierim vitam istam, oneravi executores meos, ut, si certus nuntius vester veniat et solvat eis lx. s. predictos, ipsi liberent eidem nuntio libros predictos. Alioquin vendent ipsos libros carius quo potuerint, et totum quod receperint de pretio dictorum librorum, ultra dictos lx. s. liberent et mittant vobis et monasterio vestro. Ipsos vero lx. s. disponent pro salute anime mee.

Vester ad vota servitor,
Thomas Hill, Rector Ecclesie
Paroch. de Chesterford nigra.

627. Visitation of Welbeck. **6 May, 1462.**

Bishop Redman makes his visitation and finds nothing to blame except a want of silence. He praises the administration of the abbot, and, as he is old, allows him to be absent from choral duties when he desires.

Anno Domini MCCCCLXII. vi. die mensis Maii, Nos Ricardus, permissione divina, abbas monasterii B. Marie Magdalene de Heppa, Ordinis Premonstratensis, Karliolensis diocesis, reverendissimi in Christo patris ac D. D. Huberti, Dei et S. Sedis Apostolice gratia, Premonstratensis abbatis, in regnis, circariis, et omnibus partibus Anglie, Wallie, Scotie et Hibernie commissarius generalis ac ejusdem Ordinis visitator et reformator, plenissima potestate legitime deputatus. P. fol. 76. (Reg. Prem. f. 18 b.)

Visitavimus ecclesiam de Welbek, nostri dicti Ordinis, Eboracensis diocesis, per modum inquisitionis procedentes ad actum

hujus visitationis. Ubi, in ordine caritatis, dilectionis, et pacis, hujus dicti monasterii gremiales suo prelato indefesse junguntur, et se invicem veros obedientie filios annuntiamus; in obsequiis divinis, die ac nocte ad unguem perfectos, serenissima tutela eorum venerabilis prelati suffultos; qui vicissim de die in diem sui regiminis curam circumspicere minime postposuit; set in omnibus veraciter *pondus diei portavit et estus.*

Igitur exinde senio et impotentia confractus, qui longo tempore prefuit et profuit, ex nostro mero motu et de nostra gratia speciali, ipsum venerabilem patrem dominum Johannem Grene hujus monasterii abbatem, ab omni onere chori, nisi ad suum beneplacitum totale, per presentes exoneravimus; ac usum lanearum inter suos subditos in ejus discretione omnino relinquimus.

Per presens vero ordinavimus decretum, ad Dei laudem hujusque monasterii commodum et religionis decorem, ut abbas provideat unum de suis concanonicis, quem magis senserit ydoneum moribus et scientia, destinandum Universitati Oxonie vel Cantabrigie, ante festum S. Michaelis proximum futurum post datum presentium, sine dilatione quacunque, qui ibidem existat de sumptibus hujus monasterii.

Dissolutionem silentii aliquantulum conspicimus, cujus reformationem imponimus, sub pena statuti.

In compertis nostris nihil aliud eminere videtur nostra correctione dignum seu generali Capitulo merito referendum.

In ultima visitatione debuit dicta ecclesia xl. li., nunc vero xx. li.

Domus, in granis et omnibus necessariis, ex abbatis summa provisione, peroptime staurata.

Datum sub sigillo nostro commissionali, anno, mense, die et loco supradictis.

628. Leave to be absent from choral duties. 7 May, 1472.

Bishop Redman frees a canon of Welbeck from the obligation of attending choir on account of age and infirmity.

Ricardus, permissione divina, Asavensis episcopus et abbas monasterii B. Marie Magdalene de Schappa etc., dilecto nobis in Christo filio fratri Roberto Ouston, canonico de Welbek, salutem in Eo sine quo salus non est. P. fol. 77. (Reg. Prem. f. 18 b.)

Ab omnimodis oneribus et observantiis chori et claustri, diebus et noctibus (tuis infirmitatibus et senio per [nos] prius consideratis, ac ad instantiam tui proprii prelati) te totaliter per presentes absolvimus;

uberiorem gratiam tibi conferentes ad celebrandum et acceptandum quodcunque servicium annuale, curati vel non curati, a quocunque tibi conferendum, infra monasterium tuum vel extra, in aliis ecclesis aut capellis in patria juxta monasterium tuum, plenariam concedimus potestatem: et bona in dicto servicio tibi in negotiatione licite adquisita uti et possidere possis sine proprietatis nota; ac bona defunctorum et ultimas voluntates tibi tanquam executori relictas ministrare et disponere possis: proviso semper, quod teipsum conserves in habitu tuo, et in honestatis vita et fama; ac te subjicias Ordinis tui regulari discipline. Et alienus sis a pensione conventuali dummodo et quoddam retineas annuale servicium.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum commissionale duximus apponendum.

629. Names of the Community of Welbeck. 1475.

In Monasterio de Welbeck.

Dominus Willelmus Burton, abbas. A. fol. 5 b.
Frater Robertus Stanley, prior.
„ Ricardus Symondson, supprior.
Frater Robertus Awstyn, provisor exteriorum.
„ Johannes Lancastyr.
„ Thomas Laxton.
„ Thomas Halom.

Frater Ricardus Holynbryg.
,, Johannes Urstlet, cantor.
,, Johannes Warburton, circator.
,, Willelmus Bradforde, succentor.
,, Johannes Wentbryg, sacrista.
,, Johannes Colby.

Frater Robertus Forest, vicarius de Cokeney.[1]
,, Thomas Derby, vicarius de Wytton.[2]
,, Ricardus Cambrige, vicarius de Cottes.[3]
,, Johannes Clevyn, capellanus de Lytilburgh.[4]
,, Johannes Hyrst, capellanus in conventu Watton.

Vicarii.

Frater Johannes Beauchefe, vicarius de Whatton.

Novicii.

,, Christoferus Hessyl.
,, Ricardus Rolston.

31 May, 1478. **630. Visitation of Welbeck.**

As a help to the abbot certain officials are appointed. The master of the grange is ordered to see that at night, and at appointed times during the day, the gates of the enclosure are properly fastened. Brethren are to wear almuces under their capes: regulations concerning parts of the office: The abbot is to provide meat and drink for his house of better quality, to provide an infirmary where the vicar now resides, and he and others are to vacate those premises at once. All are to rise betimes for matins, and transgressors to be punished. None of the brethren are to go hunting in the woods.

P. fol. 80. (Reg. Prem. f. 98 b.); *also* in A. fol. 24 b.

Anno Domini MCCCCLXXVIII., ultimo die mensis Maii, Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium be Welbek [nostri Ordinis, Eboracensis diocesis[5]]; ubi. in subsidium abbatis, ordinavimus diversos

[1] *I.e.* Cuckney, Notts, 6 miles from Worksop.
[2] *I.e.* Whitton, Lincs., 12 miles from Barton on Humber.
[3] Probably Coates, Lincs., 11 miles from Gainsborough.
[4] *I.e.* Littleborough, Notts, 10 miles from East Retford.
[5] In A.

officiarios: scilicet, Fr. Johannem Warburton, circatorem; Fr. Johannem Colby, provisorem exteriorum; Fr. Johannem Ray, succentorem; Fr. Robertum Awston, magistrum grangie; et dicto circatori injunximus, in virtute obedientie, ut firmiter seret et claudat ostia claustri in noctibus, et aliis in die temporibus oportunis.

Et utantur fratres almuciis omnino sub capis[1] suis, si sententias statutorum intendant evadere. Et quandocunque cantetur de B. Maria, ad omnes horas diei et noctis, premittatur *Ave Maria*, tam in festis B. Marie quam in commemoratione ejusdem. Et domino abbati dedimus in mandatis, ut emendet et congrue provideat pro meliori pane et potu pro suo conventu; et habeat infirmitorium pro infirmis in locum ubi modo inhabitant quidam vicarius et alii residentes, quam cito vacare contigerint; et constituat portarium ad portas monasterii temporibus debitis firmiter claudendas; ac etiam majus sit sollicitus in reparatione sui monasterii, ne forte in intolerabilem deveniat ruinam.

Pro meliori reformatione etiam ordinamus, ad Dei laudem (ut ex nostra professione tenemur), ut omnes canonici in dormitorio jacentes noctuanter consurgant ad matutinas; et officiarii, habentes curas exteriores, divertant se ad alia loca in ecclesia, et dicant matutinas: et sic conquiescant. Et delinquentes in hujusmodi districte puniantur. Prohibemus etiam, sub pena maximi contemptus, ne aliqui confratrum discurrant in sylvis, sagittando, f. 30 b.
venando, vel alio quocunque inordinato modo.

In ultima visitatione debuit dictum monasterium iiii^{xx}x. l., modo vero tantum. . . quia, pro magnis tribulationibus pro defensione jurium et libertatum monasterii, non potuit minorare debitum. In granis et aliis necessariis nisi mediocriter hoc anno stuffatum.

Datum sub sigillo nostro commissionali, anno, mense, die et loco supradictis.

[1] P. has *coopertoriis* and *si*.

31 May, 1478.

631. General Answers to the Visitation Questions.

P. fol. 78. (Reg. Prem. f. 18.)

Cenobium de Welbek,
in [comitatu Nottingham, et]
diocesi Ebor.
anno Dom. M.C.LIII. et Regis Stephani XVIII.
[a Thoma de Cukenay] fundatum est,
in honore S. Jacobi Apostoli.
Abbas de Newhous est pater abbas.

Filie ejus sunt cenobia de Hagneby, Leyston, Beauchef, Dyreham, Torre, Durforde, Hales-Owen, Tichfeilde, et Tallum.[1]

Decem habet ecclesias et duas capellas,
quarum quinque canonici sunt vicarii perpetuo instituti.
Episcopus Heliensis fundator est [sive patronus].

1478.

632. Names of the Community of Welbeck.

WELBEK.

A. fol. 19.

Episcopus Heliensis fundator est dicti monasterii. Abbas de Neuhouse est pater abbas. Decem habet ecclesias et duas capellas, quarum in quinque canonici sunt vicarii perpetuo instituti. Fundatum erat dictum monasterium in honore sancti Jacobi apostoli et patroni, anno Domini M° C° LIII°, et regni regis Stephani XVIII°.

Dompnus Willelmus Burton. abbas.
Frater Robertus Staneley, prior.
,, Johannes Bewchefe, vicarius de Whatton.
,, Robertus Forest, vicarius de Cukeney.
Frater Robertus Awsten, officiarius in pistrino.
,, Johannes Lancastyr.
,, Johannes Hyrst, capellanus apud Aslacton.
,, Ricardus Symondson, capellanus apud Bothusell.[2]

[1] The two last named were more properly daughter houses to Hales Owen, although claimed by Welbeck.

[2] Probably Bothamsale.

Frater	Thomas Darby, vicarius de Whitton.	Frater	Johannes Wentbryg, sacrista.
,,	Thomas Laxton, cellerarius.	,,	Johannes Warburton, circator.
,,	Thomas Halom, in infirmitorio.	,,	Willelmus Bradfurthe, custos grangie.
,,	Johannes Clevyng, vicarius de Lytilburgh.[1]	,,	Johannes Colby, provisor exteriorum.
,,	Ricardus Cambrege, vicarius de Cotes.	,,	Christoferus Hessyll } diaconi.
,,	Ricardus Holynbryg, supprior.	,,	Ricardus Rollston } diaconi.
,,	Johannes Urstlet, cantor.	,,	Willelmus Hankyn } novicii.
		,,	Johannes Ray } novicii.
		,,	Willelmus Swan } novicii.

633. Charter of William Burton, Abbot of Welbeck, and the Convent. 6 June, 1480.

Secures to Thomas Message, rector of Barnyngham, an annuity of eight marks, charged on Bellers Grange.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum indentatum pervenerit, Willielmus Borton, abbas monasterii S. Jacobi de Welbek et ejusdem loci conventus, salutem. P. fol. 81. (Reg. Prem. f. 111 b.)

Sciatis nos prefatos abbatem et conventum dedisse et concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Thome Message, rectori ecclesie de Bernyngham[2] infra libertatem Richmondie in com. Eboracensi, quendam annualem redditum sive[3] annuitatem octo marcarum annuatim exeuntium de et in manerio sive grangio nostro de Bellis[4] in com. Nott., habendum et tenendum etc. eidem Thome et assignatis suis etc., ad terminum vite predicti Thome; solvendum annuatim apud ecclesiam S. Petri cathedralem ibidem ad duos anni terminos, viz. ad synodum Pasche et ad synodum S. Michaelis, etc.

[1] In Co. Lincoln.
[2] Barnyngham, five miles from Barnard Castle.
[3] In Peck *sine*.
[4] That is, Bellers Grange, in the manor of Cuckney.

In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum nostrum commune presentibus est apensum.

Datum in domo nostra capitulari, sexto die mensis Junii, anno Domini MCCCCLXXX.

1482. **634. Visitation of Welbeck.**

Bishop Redman visits the monastery and finds that the abbot has dissipated the goods of the monastery, and allowed the house to get into a ruinous state. He is also found guilty of incontinence, deposed, and sent to Barlings Abbey. Two other canons are found guilty of the same crime and punished.

P. fol. 79. (Reg. Prem. f. 119 b.), *also* A. f. 27b.

Anno Domini MCCCCLXXXII. Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum venerabili confratre nostro abbate de Bewcheffe, nostri dicti Ordinis, visitavimus monasterium de Welbeke, Ordinis Premonstratensis, tam in capite quam in membris. In qua quidem visitatione nostra (diligenter prehabita inquisitione, et cunctis depositionibus et queremoniis auditis, necnon etiam peracriter intellectis, omnium et singulorum canonicorum et confratrum dicti monasterii, comperimus ibidem manifeste maxima enormia et inhonesta, que et ubique locorum refert infamia; presertim quod abbas antedicti monasterii maximus fuit dilapidator omnium bonorum, non tantum mobilium set et immobilium; tenementa ruere ad terram, defectu reparationis, permisit; terras, nemora, et decimas sui monasterii, plures per obligatorias literas, magnatibus locavit, sigillo communi et sui officii firmatas, ad extremam dicti monasterii confusionem, contra voluntatem et merum consensum fratrum suorum.

Insuper omnia jocalia et monasterii utensilia impignoravit et prorsus sua incircumspecta providentia dissipavit, in tantum quod in presentiarum minime propria in possessione unum habuit ciphum argenteum, in nostra instanti visitatione, coram nobis apponere; vel unum lectum, mappam, salserum argenteum, vel aliquod aliud utensilium, magnam in sui confusionem.

Insuper etiam predictum monasterium magna extat ruina, maxima miseria : eo quod nullam, tempore sui regiminis, inde fecit reparationem. In nemoribus, suis silvis et boscis maximam cedem fecit, et vendidit, et sine sepe et fossato sic dimisit, prorsus omnia illa destruxit. Boves universas, cunctas oves, simul omnia pecora vendidit et mercavit. Servicium insuper omni defectu olei, cere et vini, sepius omittitur et dimittitur.

Ulteriusque comperimus in eadem nostra visitatione, quod f. 79 b.
dictus abbas incontinenter admodum vixit et vivit, in fornicariis amplexibus tenendo diversas mulieres, ex quibus plures genuit soboles ad presens superstites : qui de bonis antedicti monasterii huc usque sunt nutriti. Conventui suum non contentavit stipendium pro sua vestura per Capitulum generale assignatum. Ad tabulas et alios ludos non veretur, cum scurris et aliis consimilibus, ludere tota nocte et die, sua non considerata dignitate ; et cum predictis bona monasterii sui multipliciter perdidit et vastavit.

Super hiis et aliis causis plurimis (aures nostras a certis propulsantibus) de remedio procurare volentes, dictum abbatem ab administratione et temporalium possessione, coram predicto venerabili confratre nostro abbate de Bewcheffe et cunctis fratribus ibidem capitulantibus, exoneravimus ; ac solemniter coram predicto jurato, quod juramentum subiret, propter hujusmodi offensas ; ordinationem et correctionem ad presens, certis causis pro sui monasterii utilitate nos moventibus, adire ad monasterium de Barlyngs committimus ; et ibidem usque ad nostram reversionem precipimus fore : interim curam monasterii exterioribus omnibus committendo cuidam fratri Johanni Colby, assumpto sibi in adjutorium venerabili viro rectore ecclesie de Ramerssche.

Insuper et Willielmo Bradford et Crystophoro Hesylla, ejusdem monasterii confratribus, de incontinentia, apostasia et rebellione contra abbatem coram [nobis] detectis, sententiam similiter continuavimus et judicium, usque ad nostram reversionem predictam. In granis et aliis necessariis, pauperrime instanter est domus [provisa] eo quod fratres sua deplorant tempora. Datum etc.

1482. **635. Names of the Community of Welbeck.**

NOMINA CONFRATRUM ET CANONICORUM MONASTERII DE WELBEKE.

A. fol. 44 b.

Dominus Wyllelmus Burton, abbas predicti monasterii.
Frater Johannes Ray, prior.
„ Ricardus Hollyngbrige, supprior.
„ Robertus Austyn.
„ Johannes Lancaster.
„ Johannes Hyrste.
„ Johannes Urstlet, cantor.
„ Johannes Warburton.
„ Wyllelmus Bradforth.
„ Johannes Colby, sacrista et circator.
Frater Wyllelmus Hankyn.
„ Wyllelmus Swane, capellanus.
„ Robertus Foreste, vicarius de Cukney.
„ Thomas Laxton, coadjutor suus.
„ Christoferus Hesyll, apud Whitton.
„ Thomas Halome.
„ Johannes Nicholson } novicii.
„ Robertus Scharppe }

23 May, 1488. **636. Visitation of Welbeck.**

The Bishop finds one of the canons guilty of incontinence and severely punishes him. Another, guilty of disobedience, has forty days on bread and water. The abbot is to see that the community have their usual pensions, but if they do not spend sufficient on their clothes he is to stop them and buy what is necessary. Games for money he forbids. He regulates the 'meat-room.'

VISITACIO MONASTERII DE WELBEKE.

A. fol. 68 b.

Anno Domini millesimo CCCCLXXXVIII., xxiii. die mensis Maii, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum dilecto nobis in Christo fratre, Roberto Bedall, canonico et priore dicti nostri monasterii de Schappe, visitavimus monasterium de Welbeke, nostri dicti Ordinis Premonstratensis, Eboracensis diocesis: ubi comperimus fratrem Ricardum Rolston de incontinencia cum quadam muliere, vocata Emmota Spedman, multipliciter diffamatum, super quam coram

nobis impetitus crimen non negavit, sed Deum se offendisse graviter contestans ordinacioni nostreque correccioni, cum magna cordis contricione, veniam inde petens se submisit. Quare propter aliorum exemplum injunximus ei penam gravioris [culpe] xl. dierum et pro triennio fore emissum ad ecclesiam nostri Ordinis, quo suus prelatus duxerit emittendum. Detectus est eciam frater Willelmus Hankyn de inobediencia, culpas suas post suam correccionem non emendando, ad divinique cultus officium debite non veniendo, neque dicendo, atque cum foris esset celebrans, ad sagittandum venandumque vanis discursibus totaliter intendendo, quare sibi sub pena xl. dierum gravioris culpe et perpetue emissionis injunximus ne de cetero talia committat, sed seipsum deinceps religiose custodiat, pro hujusmodi tamen prius perpetratis injungentes sibi unum psalterium, infra annum dicendum. Precipimus insuper districte Johanni Colby, vicario de Cokney, quatinus secundum antiquam [consuetudinem] abbati et conventui deinceps annuatim in die Assumpcionis, vel infra octavas ejusdem, xx^s. solvat, ‖ ut ex hoc in monasterio et non extra, prandium, cenam f. 69.
vel aliam recreacionem debitam habeant; et ex parte dicti Johannis Colby, sub pena contemptus. Alia vero ad pitanciam conventus preante consueta omnino interdicimus. Domino abbati injunximus, quatinus provideat, prout ex officio tenetur, ut infirmis debite ministretur et omnia, que eis sunt necessaria, adhibeantur. Conventusque dies habeant recreacionis, sicuti coram eis in capitulo habere decrevimus, hoc semper adjecto, quod semper simul pergant pariterque regrediantur, potacionibus extra monasterium minime vacantes. Eis insuper sub pena excommunicacionis majoris precipientes, ne ad aliquem ludum pro lucro, sive pro pecunia, de cetero ludant. Insuperque, sub pena amissionis sue pensionis, ex hoc tempore precipiendo mandamus, ut melius in habitu suo se vestire deinceps procurent, alioquin domino abbati precipimus, quatinus hoc male abutentes prodigaliterque vastantes pensionem eorundem reaccipiat et eisdem vestimentorum necessaria tantum ministrari faciat. Majori insuper pro securitate prelato

mandavimus ne in domo inter refectorium et dormitorium fratres quovismodo aliquid carneum commedere licenciet, usque ad festum sancti Johannis Baptiste proxime futurum, ex hocque tempore domum prefatum omnino interdicimus, sub pena contemptus, ab omnimodis ciborum refeccionibus sive recreacionibus. Haud plus ad presens[1] comperimus neque aliquo debitorum onere dictum exstat monasterium onustatum, licet in sua creacione ccc. markas esset obligatum, alias revera omni prosperitate, laude, et cunctarum rerum opulencia habundantissime, dicti prelati provisione et circumspecta providencia, constat provisum. Datum etc.

1488. **637. Names of the Community of Welbeck.**

NOMINA FRATRUM MONASTERII DE WELBEK.

A. fol. 68 b.

Dominus Johannes Ackaster, abbas.

Sacerdotes.

Frater Johannes Hyrste, vicarius de Cotes.
.. Thomas Derby, vicarius de Whatton.
.. Ricardus Holynbrige.
.. Johannes Urstlet, cantor.
.. Robertus Scharpe, sacrista.
.. Willelmus Hankyn, vicarius de Whitton.
.. Thomas Laxton, supprior.
.. Ricardus Cambrige, vicarius de Whitton.

Frater Johannes Colby, vicarius de Cokney.
.. Johannes Wentbrige, capellanus de Bothumsell.
.. Cristoferus Heseyll, cellerarius.
.. Ricardus Rolston.
.. Johannes Ray, capellanus de Lytyllburgh.

Sacerdotes.

.. Ricardus Colle, succentor, diaconus.
.. Willelmus Stow, subsacrista.
.. Edwardus Colynson, subdiaconus.
.. Thomas Wilkynson, refectorius et novicius.

[1] MS. has *non*.

Et in eodem monasterio per septimanam [sic] xii. modios frumenti et viii. modios siliginis et v. quarteria brassii, l. boves. xxx. porcos, et lxxx. oves.

638. Visitation at Welbeck. 14 Aug., 1491.

One canon of Sulby, who had been sent to Welbeck in punishment, is now found guilty of disobedience, is punished and sent for ten years to St. Agatha. Several canons are punished for eating meat and not coming to matins. The subprior is blamed for not correcting these things at once. The tonsure is to be changed into that which the custom of the Order sanctions. The deacon and subdeacon not to kneel at the elevation.

Visitacio Monasterii de Welbeke.

Anno Domini millesimo cccclxxxxi., xiiii. die mensis Augusti, A. fol. 93 b.
Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum dilecto nobis in Christo fratre, Roberto Bedall, canonico nostri dicti monasterii de Schappe, visitavimus monasterium de Welbeke, nostri Ordinis Premonstratensis; ubi venerabilem comperimus patrem valde providum, cuncta intus et extra prospere regentem, qui de obscenis et ruinosis locis pulcherrima construxit tabernacula in ecclesia et extra, ita quod non reparator sed pocius novus fundator existit. Quendam ibidem fratrem Edwardum Seyton, canonicum de Sulby, multis sceleribus invenimus inculpatum, tam in monasterio suo proprio, necnon in monasterio de Welbeke ad quod fuerat emissus, videlicet de rebellione contra prelatum et presidentes, de apostasia, ad divinum servicium die aut nocte non veniendo, quare dicto fratri penam xl. dierum gravioris culpe, prout digne meruit, injunximus, atque emissionem ad monasterium Sancte Agathe per decennium permansurum. Attamen domino abbati precipimus quatenus arcta custodia tamen recludi faciat donec alias a nobis in scriptis habuerit in mandatis. Et Willelmus Hankyn coram nobis est detectus de apostasia et esu carnium in domibus secularium

nocte et die, et de non surgendo ad matutinas prout debuit; super
f. 94. quibus impetitus, Deo religionique sue se sub || misit. Et quia per decretum ultime visitacionis eidem preceptum fuerat quatenus talia de cetero non committeret, sub pena xl. dierum gravioris culpe, sed Deum non verens neque sue religionis indignacionem formidans, novissimus error efficiebatur pejor priore; ideo sibi penam xl. dierum gravioris culpe injunximus in domo propria perimplendam. Ibidem insuper Edwardum Colynson comperimus detectum de hujusmodi carnis commestione in domibus secularium extra monasterium, et quod non debite surrexit ad matutinas, sed sepius seipsum absentabat, quare eidem injunximus xx. dies, videlicet pene gravioris culpe, in domo propria perimplende [1]; ac eciam Richardus Coll detectus est, quod tempore recreacionis fratrum, consorcio mulierum cum eis loqui semper intendebat, pro quo injunximus vii^{tem} Psalteria, infra annum proximum dicenda, necnon quod cum secularibus viris seu feminis, per xl. dies loqui quovismodo non presumat. Et quia ipse non surrexit ad matutinas noctuanter, ut tenebatur, idcirco per vii. dies in pane et aqua jejunabit, habita perprius disciplina. Willelmus Stowe eciam coram nobis proclamatus, quod carnes cujusdam laici domo, tempore indebito, infra monasterium, ideo sibi injunximus vii^{tem} dies in pane et aqua jejunandi, digna cum corporali disciplina. Et quia crimen proprio suo prelato negabat donec ad jurandum super sancta Dei evangelia compellebatur, ideo pene prelibate addidimus unum Psalterium Davidis infra mensem dicendum. Proclamantes suppriorem dicte ecclesie, eo quod necligentem comperimus, dignam hujusmodi imponere penam, precipientes eidem districte quatenus deinceps fratrum lapsus cotidianos digne corrigat: Et quos de cetero a matutinis absentes noverit aliqua sine remissione in crastino quocunque die evenerit jejunare faciat, et si inde castigari noluerint prelato sine dilacione intimare procuret. Cui in virtute salutaris obediencie precipimus quatenus tales ad nostrum personalem transmittat presenciam dignam tunc

[1] MS. has *puniendum*.

a nobis recepturos pro hujusmodi penam. Precipimus insuper omnibus dicte ecclesie confratribus, sub pena xx. dierum gravioris culpe, ne in domibus secularium infra unam leugam a monasterio distantem, aut infra monasterium nisi in locis ab abbate deputatis, carnes commedant; et ut tonsura fratrum reformetur, ad modum et formam nostre religionis, sub pena contemptus. Et potaciones post completorium omnino interdicimus, sub pena trium dierum in pane et aqua jejunandi. Inhibemus ne diaconus aut subdiaconus deinceps in elevacione hostie genua flectant, sed eidem reverenter inclinent, ut sacerdoti expedicius ministrare et precavere poterunt. Plura inibi non comperimus hic inserenda sed cetera discrecioni abbatis intermisimus relinquenda, cujus sagaci providencia maxima minorantur debita, licet pro tuicione et libertatum monasterii defensione nuper graviter fuerit tribulacionibus et expensis vexatus; quibus ad felicem finem perductis, nullis tamen obligatur debitis nisi tantum xxx. li.. licet in sua creacione debuit ccc. markas. Omnibus aliis necessariis dicte domui haberi habundantissime stuffatum. Datum etc.

639. Names of the Community of Welbeck. 1491.

NOMINA FRATRUM MONASTERII DE WELBEKE. A. fol. 112 b.

Dominus Johannes Ackaster, abbas.

Sacerdotes:
- Frater Thomas Laxtone, supprior.
- ,, Johannes Urstlet, cantor.
- ,, Willelmus Hankyne.
- ,, Johannes Nicholsone.
- ,, Robertus Scharpe, circator.
- ,, Edwardus Colynsone.

Sacerdotes:
- Frater Richard Colle, succentor.
- ,, Thomas Wylkynsone, sacrista.

Diaconus:
- ,, Willelmus Stowe, diaconus.

Sacerdotes:
- .. Robertus Flescher, cellerarius.

Novicii:
- ,, Nicholaus Lylbourne,
- ,, Johannes Styrtyll,

Frater Johannes Colby, vicarius de Cukney.
,, Ricardus Gylyot.
,, Robertus Thorntone.
,, Ricardus Junkyne, vicarius de Whattone.
,, Thomas Derby, vicarius de Whittone.
Frater Johannes Hyrst, vicarius de Cotes.
,, Johannes Ray, vicarius de Lytylborow.
,, Johannes Wentbrige, vicarius de Bodumsalle.
,, Ricardus Holynbrige.
,, Cristoferus Hesyll.
,, Ricardus Rolstone.

29 May 1494.

640. Visitation of Welbeck.

Bishop Redman finds all in a good state and nothing to correct. He excommunicates one canon for his apostasy.

Visitacio Monasterii de Welbek.

A fol. 122 b. Anno Domini millesimo CCCCLXXXXIIII., die vero mensis Maii xxix., Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum predilecto nobis in Christo fratre nostro, Roberto Bedalle, canonico et professo nostri monasterii predicti de Schappe, visitavimus monasterium de Welbek, nostri Ordinis Premonstratensis, Eboracensis diocesis; ubi unanimiter degentes, in tantum quod satis digne computari possunt Christi discipulorum numero, in quibus erat anima una et cor unum in Domino. Edwardum Colynsone, pro sua contumacione atque apostasia, pronunciavimus excommunicatum. Dictaque ecclesia nullis constat debitorum oneribus oppressa. In omnibus aliis intus et extra laudabiliter comperimus provisam. Datum etc.

641. Names of the Community of Welbeck. 1494.

NOMINA CANONICORUM MONASTERII DE WELBEK.

Dominus Thomas Wyder, abbas. A. fol. 116.
Frater Thomas Wilkynsone, supprior.
„ Johannes Ray, vicarius de Cukney.
„ Ricardus Cambryge, vicarius de Whattone.
„ Thomas Darby, vicarius de Whittone.
„ Johannes Hyrst, vicarius de Cotes.
„ Johannes Wentbryge, vicarius de Bodomschalle.
„ Wilhelmus Stow, vicarius de Lytylburghe.
„ Thomas Laxtone, apud Cukney.
„ Johannes Urstlet, apud Whattone.

Frater Christoferus Hesylle, cellerarius.
„ Willelmus Hankyne, capellanus.
„ Robertus Scharppe, circator.
„ Ricardus Colle, sacrista. f. 116 b.
„ Robertus Otlay, subcellerarius.
„ Nicholaus Lylborne, cantor.
„ Johannes Styrtylle, succentor.
} Sacerdotes.
„ Ricardus Gylyote.
„ Robertus Thorntone.
„ Willelmus Hornby.
„ Johannes Seniore.
„ Johannes Kuk.
} Novicii.

642. Visitation of Welbeck and Names of the Community. 3 Sept., 1497

Bishop Redman testifies that everything is in an excellent state. He punishes two canons for their strange tonsures.

NOMINA FRATRUM MONASTERII DE WELBEK.

Dominus Thomas Widdur, abbas. A. fol. 134.
Frater Thomas Wilkysone, prior.
„ Nicholaus Lylborne, supprior.

Frater Christoferus Hesylle, cellerarius.
„ Willelmus Hankyne.
„ Robertus Scharpe, capellanus.

Frater Ricardus Colle, circator.
„ Johannes Styrtylle, sacrista.
„ Ricardus Gilyot, succentor.
„ Robertus Thorntone.
„ Willelmus Hornby.
„ Johannes Senior } novicii.
„ Johannes Cok }
„ Thomas Darby, vicarius de Whattone.
„ Ricardus Cawmbryge, vicarius de Whittone.
„ Johannes Urstlet, socius ejus.
Frater Johannes Ray, vicarius de Cukney.
„ Thomas Laxtone, socius ejus.
„ Johannes Wentbryge, vicarius de Bothumsalle.
„ Edwardus Colynsone, vicarius de Cotes.
„ Robertus Otlay, vicarius de Lytilburgh.
„ Willelmus Stow.
„ Ricardus Rolstone, licenciatus.

Visitacio ejusdem.

Anno Domini MCCCCLXXXXVII., iii. vero die mensis Septembris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum predilecto confratre nostro, Roberto Bedalle, canonico et professo, nostri dicti monasterii de Schappare, visitavimus monasterium de Welbek, nostri Ordinis Premonstratensis, Eboracensis diocesis: ubi unitas et concordia, caritas, ulla sine querela inest, inter capud et membra. Edwardum Colynsone et Johannem Wentbryge pro enormitate tonsure duximus puniendos; uni eorum integrum Psalterium, alteri vero
f. 134 b. nocturnum, *Salvum me fac*, prout in aliis deli || querunt, injunximus. Sigillum commune aliquid ad sigillandum de facili non concedatur, nisi evidenti et magna necessitate. Dictam ecclesiam comperimus pro decimis domino Regi futuris tamen terminis solvendis fore onustam. In omnimodis granis, animalibus, et omnibus aliis quoquomodo necessitati spectantibus valde habundanter provisam. Data etc.

643. Visitation of Welbeck and Names of the Community. 22 Nov., 1500.

Community charged to have their meals together on fast-days: they are not to eat and drink outside a monastery without leave. One canon has incurred debts, &c.; he is to get them paid before the next chapter. For the rest, all is in good order.

NOMINA FRATRUM MONASTERII DE WELBEK.

Dominus Thomas Wyddour, abbas.	Frater Cristoferus Hesylle, cellerarius.	A. fol. 155 b.
Frater Nicholaus Lylborne, prior.	,, Willelmus Hankyne, capellanus.	
,, Johannes Ray, vicarius de Cukney.	,, Otlay, subcellerarius.	
,, Johannes Urstlet, solacio ejus.	,, Ricardus Gylyot.	
,, Thomas Wylkynsone, vicarius [de] Whittone	,, Robertus Thorntone.	
,, Thomas Darby, vicarius [de] Whattone.	,, Willelmus Hornby, circator.	f. 156.
,, Johannes Wentbryge, vicarius de Bothumsalle.	,, Johannes Coke, subsacrista.	
,, Robertus Scharppe.	,, Ricardus Dykonsone.	
,, Edwardus Colynsone, vicarius de Lytylburghe.	,, Nicholaus Wydour.	
,, Johannes Senyour, supprior.	,, Ricardus Cuke.	
	,, Thomas Avrwyk, subdiaconus.	
	,, Willelmus Stowe, licenciatus.	

Sacerdotes. Novicii.

VISITACIO EJUSDEM.

Anno Domini M.D., xxii. die mensis Novembris, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum, ut supra, visitavimus monasterium de Welbek, nostri Ordinis Premonstratensis, Eboracensis diocesis; et conventui ibidem precipimus quatenus diebus jejunii et tempore Adventus, Quadragesimeque, in refectorio fratres commedant.

Inhibemus eciam eisdem ne in domibus laicorum infra aut extra commedere vel bibere presumant, nisi speciali ex abbatis licencia. Edwardum Colynsone circumquaque prodit vulgus et proclamat inordinate et abhominabiliter vixisse et in debitis multorum incurrisse, quibus sibi plenius a nobis illatis non potuit se excusare, sed se de cetero reformare et dicta debita infra proximum provinciale capitulum solvere spopondit, ad quod fideliter faciendum solempne prestitit juramentum. Alia ibidem non sunt inventa, sed inter caput et membra mutue dileccionis vinculum cum filiali obediencia comperimus annexum. Et nulla ad presens debita sunt inventa. In animalibus, granis, et ceteris domus necessariis ditissime dictam comperimus ecclesiam provisam. Data etc.

After 1503. **643 *a*. Thomas Wilkinson as Abbot of Welbeck.**

(*See Vol. I. No.* 70.)

XXXIV.—WENDLING.

The abbey of Wendling, in the county of Norfolk and the diocese of Norwich, was founded in the thirteenth century, the abbey of Langley being the mother house. The names of the abbots which are known are as follows:

1267 (oc.).	Nicholas (*Mon.* vi. 889).
1286–1314 (oc.).	Robert (Blomfield's *Norfolk*, x. 89).
1329 (resigned).	John (*ibid.*).
1329	William de Saxlingham (*ibid.*).
1339–1345	John de Norwich (*ibid.*; No. 645).
1352 (oc.).	Thomas de Titleshale (Blomfield, *ut sup.*).
1377–1400 (oc.).	John Brissele (*Cal. Anct. Deeds*, iv. 505, A. 10081).
1422 (oc.).	Ralph [Fowledon] (Blomfield, *ut sup.*; E. Chanc. Proc. Bd. 7. No. 135).

1428–1465	Edmund Elmham (*ibid.*; Add. Ch. 40604).
1474–1503	John Skerning (*ibid.*; No. 645, 600).
1503	Thomas Walsoken (Blomfield, *ut sup.*).
1504	Richard Ralston (*ibid.*).
1509	John Yorke (*ibid.*).
1530–1536	Thomas (*ibid.*; *Valor Eccl.* iii. 328.).

644. Visitation of Wendling. 24 May, 1345.

John, abbot of Langley, visits the daughter house of Wendling and finds the state of the house excellent with one exception. One of the canons will not obey and quarrels with everyone. He is ordered to be incarcerated; but this part of the punishment is forgiven at the intercession of the abbot and community.

Anno Domini MCCCXLV.,[1] ix. Kal. Junii, nos frater Johannes, Dei patientia, abbas humilis de Langeley, visitavimus nostram ecclesiam filialem de Wenlynge; corrigentes in eadem que secundum Deum et Ordinem invenimus corrigenda. In qua quidem, facta diligenti inquisitione, invenimus bonam pacem et mutuam concordiam inter caput et membra, et ipsa membra ad invicem; uno tantum solo a ceteris discrepante. Unde, per depositionem omnium et singulorum fratrum dicte ecclesie, reperimus ibidem quendam canonicum, dictum fratrem Edmundum de Saxlyngham, variis et multis criminibus irretitum; utpote, qui, spiritu satanico et sue professionis oblitus, ita rebellis existat et contumax domino abbati suo et ceteris ordinis custodibus, ut culpas non timeat admittere, et penas recuset ferre. Invenimus etiam eundem seminatorem discordie violentum et pacis perturbatorem, in tantum ut nonnunquam fratres suos turpiter infamet; nonnunquam etiam in eos irruat violenter, comminationes et convitia, alapas et jurgia inferendo: ita ut nunquam pax in dicta ecclesia reformari possit, ipso stante in eadem. P.-fol. 82. (Reg. Prem. f. 38 b.)

[1] MS. has MCCCCXLV. It is almost certainly a mistake for 1345

Quibus compertis, ne in laqueum quem tetendit ipse sibi, suo pernicioso exemplo, alii corruant (quod absit) infliximus sibi penam carceris (quam tamen, ad instantiam domini abbatis et totius conventus, remisimus) privantes eum stallo, voce et obedientia,
f. 82 b. emittendo eum, in pena ‖ gravioris culpe quadraginta dierum, ad ecclesiam de Dureforde per triennium, minime reversurum, sine licentia speciali domini Premonstratensis vel Capituli generalis.

Precipimus insuper abbati dicti loci, quod unam cameram fortem faciat infra abbatiam, in qua tales rebelles et ordini contumaces sub arta custodia possint viriliter custodiri. Item precipimus priori et suppriori, sub pena decem dierum gravioris culpe, quatenus fratres suos et concanonicos, si jurgia ibidem proferant, a talibus excessibus compescant et viriliter puniant, prout caveant nostri Ordinis instituta. Nec invenimus ibidem quicquam, coram nobis propositum, quod in Capitulo nostro generali foret referendum.

Status autem dicte ecclesie talis erat. In precedenti visitatione debebat c. lib. sterlingorum, in nostra vero c. marcas. Domo stuffata usque ad nova.

August, 1345.

645. Citation in regard to an Election at Wendling.

The abbot of Langdon, in behalf of the abbot of Prémontré, cites the abbot of Wendling to show cause why his election should not be declared null. The abbot lately dead, John de Norwich, was not properly elected, and his successor should have been appointed.

P. fol. 83. Reg. Prem. f. 38.)

Frater W., humilis abbas ecclesie de Langdon, vices gerens D. D. Johannis Premonstratensis abbatis, abbati de Derham, salutem, et sinceram in Domino caritatem.

Fama publica referente rumor ad nos pervenit, quod frater Johannes de Norwyce, ecclesie de Wenlyng canonicus, et statum prelacie ipsius ecclesie sue injuste occupans, viam universe carnis est ingressus; et quod fratres dicte ecclesie ad electionem novi abbatis nuper processerunt minus rite, cum hoc de jure facere non potuerunt, maxime cum provisio abbatis novi ad reverendum

patrem nostrum et D.D. patrem abbatem (de Langley) legitime erat devoluta, eo quod in electione ultima indignum scienter elegerunt, et pater abbas dicte ecclesie talem indignum, non ignoranter set scienter quasi inscius (salva reverentia prelacie sue), minus juste, et absque consilio seu presentia cujuscunque alterius coabbatis sui confirmavit.

Quocirca vobis, in virtute sancte obedientie qua Deo et ordini tenemur, firmiter injungendo mandamus, quatenus dictum abbatem sic de novo creatum ad conventum dicte ecclesie S. Radegunde, die Jovis proximo post festum Exaltationis S. Crucis personaliter, et conventus per duos procuratores compareant, ostensuri quare electionem sic minus canonice factam adnullare, et eidem ecclesie de novo pastore, auctoritate superioris nostri, providere minime debeamus, etc.

Datum in ecclesia nostra de Langdon, die Martis proximo post festum S. Petri ad Vincula A.D. MCCCXLV.

646. Names of the Community of Wendling. 6 June, 1475.

In Monasterio de Wenlyng

Dominus Johannes Skernyng, abbas.
Frater Johannes Grey, supprior.
,, Johannes Castellacre.
,, Ricardus Chapman, quondam canonicus de Langley.
Frater Ricardus Fenwyk, sacrista
,, Willelmus Lyn, cantor.
,, Rogerus Ryburgh, subsacrista.

A. fol. 4 b.

647. Conviction of a Canon of Wendling. 18 March, 1477.

John Skernyng, abbot of Wendling, holds a judicial inquiry on one of his canons charged with the crime of adultery, and declares the charge proven.

Anno Domini MCCCCLXXVII., mensis Martii die xviii., ego Johannes Schernyng, abbas monasterii B. Marie de Wendlyng, in domo

P. fol. 84, *also* A. fol. 13 b.

nostra capitulari, confratribus associatis, judicialiter sedens; fama publica laborante contra Ricardum Schapman, fratrem et obedienciarium nostrum, super crimen adulterii, cum Avicia, uxore Alexandri Baldewyn de Schernyng, sepius, ut dicebatur, commissum tam infra sacrum tempus Quadragesime quam et Passionis Dominice et extra. Observatis debitis circumstanciis in ordine requisitis eidem Ricardo, purgatione criminis supradicti, manum confratrum nostrum induximus; set, quia dictus Ricardus crimen prius coram pluribus extra judicium publice confessus fuit, ideo in purgatione sua super dicto crimine defecit: unde [1] eum super crimine promisso legitime convictum declaravimus.

30 June, 1478.

648. Visitation of Wendling.

Abbot ordered to increase number of canons, and observance to be kept properly day and night, now impossible with so few in community. Abbot ordered to rebuild church, destroyed by fire, at earliest possible moment. At last visit house owed £60, now only £13 by abbot's careful management. Sufficiency of grain.

Visitacio de Wenlyng.

A. fol. 13.* Anno Domini M°CCCCLXXVIII°, ultimo die mensis Junii, Nos Ricardus etc. visitavimus monasterium de Wenlyng, nostri dicti Ordinis, Norvycensis diocesis; ubi injunximus domino abbati, in virtute salutaris obediencie, [ut] multiplicet numerum canonicorum ut servicium divinum et regulares observancie die [nocteque] debite conserventur; que quidem modo propter paucitatem magnaliter decrescunt. Preceptum [etiam] est abbati ut omni celeritate possibili reedificet et reparet ecclesiam suam combustam, pro toto posse suo, et sic in ea refulgebit religio, et observancie deperdite recuperari possint. In ultima visitacione debuit dictum monasterium iii^{xx} libras, modo vero nisi xiii. libras, sic minoratis debitis prudenti provisione prelati, et sufficienciam granorum possidet ad nova. Datum etc.

[1] MS. has *Una propter.*

649. General Answers to Visitation Questions. 1478.

P. fol. 85. (Reg. Prem. f. 18.

Cenobium de Wendlyng,
in [comitatu Norfolcie, et]
diocesi Norwici;
anno Domini M. . . .
[a Willielmo de Wendlyng] fundatum est,
in honore B. Marie Virginis ad festum Assumptionis.
Abbas de Langley est pater abbas.
Tres habet ecclesias,
quarum curati quidam seculares, quidam canonici revocabiles.
Dominus Hugo Hastinges, miles, est fundator [sive patronus].

650. Names of the Community at Wendling. 1478

WENLYNG.

A. fol. 21 b. Dominus Hastynges, miles, est fundator. Abbas de Langley est pater abbas. Tres habet ecclesias, quarum curati quidam seculares, quidam canonici revocabiles. Fundatum erat in honore beate Marie virginis, ad festum Annunciacionis, anno Domini M. . . .

Dompnus Johannes Skernyng, abbas.
Frater Johannes Grey, supprior.
„ Ricardus Fenwyk, sacrista.
„ Willelmus Lyn, cantor.
Frater Rogerus Ryburgh, frater hospitalis.
„ Ricardus Chapman, quondam canonicus de Langley et nunc professus in Tallew.

17 Aug. 1482.

651. Visitation of Wendling.

Bishop Redman urges the abbot to rebuild his church, whilst praising what he has already done. In minute observances he regulates some choir observances. One of the canons is charged with rebellion against his superior: a three years' detention in another monastery is ordered, but suspended at the request of the abbot.

Visitacio Monasterii de Wenlyng.

A. fol. 33. Anno Domini M° CCCCLXXXII., xvii. die mensis Augusti, Nos Ricardus, etc. visitavimus monasterium nostri Ordinis de Wenlyng; ubi comperimus laudabilem patrem semper circa monasterii sui necessaria et utilia providum pariter et circumspectum, non modica edificia laudabiliter edificantem. Cui insuper consuluimus et precipimus ut cum omni festinacione paulatim reedificaret ecclesiam, quoniam [1] exstat usque ad terram prostrata, aliis interim recrea-
f. 34. cionibus omissis. In minutis observanciis quedam reformanda comperimus. Psalmus *Letatus sum*, cum versiculis et collectis sibi debitis, cotidie ad missam matutinam cantetur, dummodo in choro cum nota celebratur, sin autem alias, tunc ad majorem missam non omittatur. In omnibus eciam festis et commemoracione beate Marie virginis, versus *Ave Maria* ad matutinas, vesperas et ceteras horas, omnino a sacerdote premittatur submissa voce. Et nullus presumat antiphonas in evangelio ad psalmos, *Magnificat*, *Benedictus*, et *Nunc dimittis*, ullis presentare junioribus, sed semper presbiteris. Ricardo Fenwyke coram nobis prostrato sua pro contumacia et rebellione contra prelatum suum, pro quibus se minime [2] potuit purgare; quare injunximus eidem xl. dierum gravioris culpe ac ad monasterium de Leyston pro triennio fore emittendum. Sed tunc suam agnoscens culpam veniam peciit et misericordiam, et ad intercessionem sui proprii prelati dictam continuavimus penam ex sua emendacione. Et laudabili abbatis providencia jam nullis

[1] MS. has *quomodo*. [2] MS. has *minue*.

obligatur debitis. In granis et aliis necessariis sufficienter usque ad nova stoffatum. Datum etc.

652. Names of the Community of Wendling. 1482.

Nomina Fratrum et Canonicorum Monasterii de Wenlynge.

A. fol. 46.

Dominus Johannes Skernyng, abbas ibidem.
Frater Richardus Fenwyk, supprior.
„ Rogerus Riburgh, presbiter.
Frater Edmundus Roke, diaconus.
„ Thomas Mylham, novicius
„ Henricus Holt, novicius.
} non professi

653. Visitation of Wendling. 27 June, 1488.

Bishop Redman praises the state of the house and the abbot's administration. One canon is found guilty of rebellion, but begs pardon, and the punishment is held over till the general Chapter. Another canon made a mistake in the office in the bishop's presence, and is given a nocturn to be said in the cloister.

Visitacio ejusdem Monasterii de Wenlynge.

A. fol. 73.

Anno Domini millesimo CCCCLXXXVIII., xxvii. die mensis Junii, Nos Ricardus etc., assumpto nobiscum dilecto confratre nostro, Roberto Bedall, canonico et priore dicti monasterii nostri de Schappe, visitavimus monasterium de Wenlynge, nostri dicti Ordinis, Norwicensis diocesis; et comperimus ibidem spiritualia et temporalia ad Dei laudem et Ordinis honestatem, salutifero conductu abbatis directa, et fratres ejusdem monasterii patris eorundem preceptis, ut filii vere obediencie, obtemperantes. Invenimus tamen quendam ibidem fratrem Thomam Milham de vicio rebellionis contra suum presidentem deprehensum; quem coram nobis prostratum exhortavimus in Domino suam reformare conversacionem, et mandatis sui prelati et presidentis humiliter deinceps obedire

quod si aliter fecerit debite interim castigetur, et ad proximum nostrum provinciale Capitulum deducetur, prout promeruit ibidem a nobis corrigendum. Johannem Lynkon coram nobis in capitulo collectas cantando deficiebat. Et quia veniam inde non peciit, ideo a nobis proclamatus, injunximus unum nocturnum Psalterii, in claustro eodem die post prandium dicendum, disciplinam inde debitam eidem remittendo. Cetera omnia intus et extra laudabiliter sunt gubernata eiusdem abbatis provisione prudentissima. Et licet multa edificia tam ecclesie quam domorum nuper fecerat, tamen ab onere debitorum comperimus alienum. In animalibus et universis granis usque ad nova sufficienter stoffatum. Datum etc.

1488. **654. Names of the Community of Wendling.**

NOMINA CONFRATRUM MONASTERII DE WENLYNGE.

A. fol. 72 b.

Sacerdotes.
- Dominus Johannes Skernynge, abbas.
- Frater Rogerus Riburgh, supprior.

Sacerdotes.
- Frater Edmundus Skernynge.
- „ Henricus Holt.
- „ Johannes Lyncoln.
- „ Thomas Milham.

24 Sept., 1491. **655. Visitation at Wendling.**

